


THE TRUSTEES OF THE
PUBLIC LIBRARY
OMNIUM
LVX
CIVIUM
OF THE CITY OF
BOSTON
1852 . 1878



Valerii maximi Romane vrbis Iurisperitissimi. In librũ factorum et dictorum memorabilium ad Tiberium Cesarẽ Prefatio feliciter incipit.

VRbis Rome exterarumq; gentiũ facta simul ac dicta memoratu digna / que apud alios latius diffusa sũt / vt quã breuiter cognosci possint ! ab illustribus electa auctoribus / deligere constitui. vt documenta sumere volentibus ! longe inquisitionis labor absit. Nec michi cuncta complectendi cupido incessit. Quis enim omnis eui gesta modico voluminum numero comprehenderit? Aut quis compos mẽtis ! domestice peregrineq; historie seriem felici superiori stilo conditam ! vel attentiore cura ! vel prestantiori facũdia ! traditurum se sperauerit? Te igitur huic cepto penes quẽ hominum deorũq; consensus / maris ac terre regimẽ esse voluit certissima salus patrie Cesar ! inuoco. Cuius celesti prouidẽtia ! virtutes de quibus dicturus sum benignissime fouentur. vicia seuerissime vindicantur. Nam si prisci oratores ab Ioue optĩo maximo / bene orsi sunt ! si excellentissimi vates a numine aliquo prĩcipia traxerũt ! mea paruitas / eo iustius ad fauorem tuum decurrerit ! quo cetera diuinitas opinione colligitur ! tua presenti fide paterno auitoq; sideri / par videtur. Quorum eximio fulgore ! multũ cerimoniis nostris inclite

alacritatis accessit. Reliquos eni deos accepimus: cesares dedimus. Et quoniam inicium a cultu deorum petere i animo est: de condicione eius summatim disseram.

Desinit prefatio. Tituli primi libri.

Valerii maximi: factoru et dictoru memorabiliu ad Tiberium cesarem liber primus incipit. Ca. i. De religione.

De cultu deoru

Aiores / statas solenesq; cerimonias pontificu / scientia bene gerendaru rerum: auctoritate augurum: obseruatione apollinis: predicatione vatum (libris portetoru depulsis) etrusca disciplina explicare voluerut. Prisco etia instituto rebus diuinis opera dabatur. Cu aliquid comendandu est: precatione. cum exposcendu: voto. cu soluendu: gratulatione. cu inquirendu: vel extis vel sortibus. impartito cu solemni ritu peragedu: sacrificio. quo etia ostetoru ac fulguru denuciatoes procuratur.

De cerimoniis placandis

Tantu aut studium antiquis / no solu seruande: sed etiam amplificande religionis fuit: vt florentissima tu et opulentissima ciuitate: dece pricipu filii / senatus consulto singulis etrurie populis / percipiende sacrorum discipline gratia: traderetur.

Cererieq quā more greco venerari īstituerāt/sacerdotem a velia(cū id opidū nondū citatis accepisset nomē)calcitanā peterent vel vt alii dicunt calliphenā. ne de vetustis ritibus perita deesset antistes. cuius cum in vrbe pulcherrimū tēplum haberēt/ gracchano tumultu moniti/ ex sibillinis libris/vt vetustissimam cererem placarent/hemiā(quoniā sacra eius inde orta credebāt)quindecī viros ad eā propiciādā miserūt. Itē matri deū sepenumero īperatores nostri cōpotes victoriarū suscepta vota pessumōtē profecti soluerūt.

Metellus vero pōtifex maximus postumiū consulē eūdēq flaminē marcialē/ad bellū gerēdū affricā petētē/ne a sacris discederet/multa īdicta vrbē egredi passus nō est.religioniq sūmū īperiū cessit/q tuto se postumius martio certamini cōmissurus nō videbatur/cerimoniis martis desertis. De metello pontifice

Laudabile duodecī fasciū religiosū obsequiū. laudabilior quatuor et vigīti ī cōsimili re obediētia. A tiberio.n.graccho ad collegiū augurū litteris ex prouīcia missis/ quibus significabat se(cū libros ad sacra populi pertīnētes legeret) aīaduertisse / vicio tabernaculū captū comiciis cōsularibus que ipse fecisset.eaq re ab auguribus ad senatū relata/iussu eius Caius figulus e gallia/Scipio nasica e torsica romam reddierunt et se consulatu abdicauerunt. De tiberio graccho

COnsimili ratione post.Celius.M.cornelius Cethegus Ca. Claudius propter exta deorum immortalium parum D p. caelio m. cornelio

curiose admota/ variis temporibus/bellisq; diuersis/ flami nio abire iussi sunt. coactiq; etiam.

de sulpicio

de fabio max.

AT sulpicio īter sacrificādū e capite apex prolapsus! eidē sacerdotiū abstulit. occētusq; soricis auditus! fabio maxīo dic taturā. C. flamīo magisteriū equitū deponēdi causā prebuit

de publio licinio

Diiciēdū hiis quod. P. licinio pōtifici maximo! virgo ve stalis(quia quadam nocte parum diligens eterni ignis cu= stos fuisset)digna visa est ꝙ flagro admoneretur.

de virgine emilia

MAxīe vero virgīs emilie discipulā/extincto igne tutā ab omni reprehēsione veste numē prestitit. qua adorāte/cū car basū(quā optimā habebat)foculo imposuisset! subito ignis emicuit.

de marcello et templo honoris

NOn mirū igitur si pro eo imperio augēdo custodiēdoq; pertinax eorū indulgentia deorum semper excubuit! ꝙ tā scrupulosa cura/paruula quoq; momenta religionis exami nari vidētur. quia nūquā remotos ab exactissimo cultu ceri moniarū oculos habuisse nostra ciuitas extimanda est.

IN qua cū marcellus quītū cōsulatū gerens/tēplū hono= ri et virtuti clastidio prius/deīde siracusis potitus/nūcupa tis debitū uotis cōsecrare vellet! a collegio pontificū īpedi= tus est! negāte vnā cellā duobus diis recte dicari. futurū. n. si quid prodigii ī ea accidisset! ne dignosceretur vtri rem di uinā fieri oporteret. ne duobus(nisi certis diis)vna sacrifi= cari solere. Ea pontificū āmonitōe effectū est! vt marcellus

ſeparatis edibus / honoris ac virtutis ſimulacra ſtatueret.
Neq; aūt collegio pontificum auctoritas āpliſſimi viri / aut marcello adiectio impenſe / īpedimēto fuit / quo minus reli gionibus ſuus tenor ſuaq; obſeruatio redderetur.

Obruitur tot etiā illuſtribus conſularibus. L. furius bi= baculus. exēpli quoq; locū vix poſt marcellū īuenit Sed pii ſimul ac religioſi aī laude fraudādus nō eſt. qui pretor a pa tre ſuo collegii ſaliorū magiſtro iuſſus ſex littoribus prece dētibus arma ancilia tulit / quamuis vacationē huius officii honoris beneficio hēret. Oīa nāq; poſt religionē ponenda / ſēper noſtra cītas duxit / etiā ī quibus ſūme maieſtatis cōſpi ci decus voluit. Quapropter non dubitauerūt ſacris īperia ſeruire. ita ſe hūanarū rerū futurū regimē exiſtimantia / ſi dīne potētie bene atq; cōſtāter fuiſſēt famulata. Quod ani= mi iudiciū in priuatorū quoq; pectoribus verſatum eſt.

de lucio furio bibaculo

Urbe enī a gallis capta / cū flamen quirinalis virgineſq; veſtales ſacra (onere partito) ferrēt / eaſq; pontē ſublicīū trāſ greſſas / et cliuū qui ducit ad ianiculū aſcēdere īcipiētes. L. albanius plauſtro coniugē et liberos vehēs aſpexiſſet / pro= pior publice religioni quā priuate caritati / ſuis vt plauſtro deſcēderēt īperauit. atq; ī id virgīes et ſacra īpoſita omiſſo cepto itinere ceretē opidū peruexit. Vbi cū ſūma veneratio ne recepta grata meōria ad hoc vſq; tēpus hoſpitalē hūanita tem teſtatur. Inde. n. inſtitutū eſt / ſacra cerimonias vocari

quia ceretani ea in fracto rei publice statu / perinde ac florē te ante coluerunt. Quorum agreste illud et sordidū plaustrum tēpestiue capax / cuiuslibet fulgētissimi triumphalis currus vel equauerit gloriam! vel antecesserit.

de caio fabio

Edē rei publice tēpestate. C. fabius dorso suo memorabile exēplū seruate religionis dedit. Nāq3 gallis capitolium obsidētibus (ne statutū fabie gentis sacrificiū interrūperetur) gabino ritu cinctus manibus humerisq3 sacra gerens / per medias hostiū stationes in quirinalē collē peruenit. vbi oībus sollemni more peractis / ī capitoliū propter diuinam venerationem victriciū armorū perinde ac victor rediit.

de p. cornelio et bebio panphilo coss

Magna cōseruāde religionis etiā Publio cornelio / Belio pāphilo cōsulibus / apud maiores nostros acta cura est. Siquidē ī agro Lucii petilii scribe sub ianiculo cultoribus terram altius versātibus / duabus archis lapideis repertis quarū ī altera scriptura indicabat corpus Nume pōpilii fuisse ī altera libri recōditi erāt / latini septē de iure pōtificū! totidēq3 greci de disciplina sapientie. Latinos magna diligentia asseruandos curauerūt. Grecos (quia aliqua ex parte ad soluendam religionem pertinere existimabātur) Petilius pretor vrbanus ex auctoritate senatns per victimarios facto igne in conspectu populi cremauit. Noluerunt enim prisci nostri quicquam in hac asseruari ciuitate! quo animi hominum a deorum cultu auocarentur.

TArquinus aũt rex. M. tulliũ duumuirũ (q̄ librũ secreta ciuiliũ sacrorũ cõtinentẽ / custodie sue commissũ / corruptus Petronio sabino describendum dedisset) culeo insutũ ĩ mare abici iussit. Idq; supplicii genus multo post parricidis lege irrogatũ est. Iustissime quidẽ / quia pari vindicta parentum ac deorum violatio expianda est.

Ed in hiis que ad custodiam religionis attinẽt / nescio an oẽs. M. actilius regulus precesserit. qui ex victore speciosissimo insidiis Hasdrubalis et Sãtippi lacedemonii ducis ad miserabilẽ captiui fortunã deductus / ac missus ad se. p. q;. r legatus (vt ex se et vno et sene complures penorũ iuuenes pensarentur) in cõtrariũ dato cõsilio / Cartaginẽ petit / non ignarus ad quã crudeles / quãq; merito sibi infestos deos reuerteretur. verũ quia hiis iurauerat si captiui eorum redditi non forẽt / ad eos sese redituru. Potuerũt profecto dii ĩmortales efferatã mitigare seuiciã / Ceterũ quo clarior esset actilii gloria / cartaginẽses moribus suis vti passi sũt / tertio punico bello religiosissimi spiritus tam crudeliter vexati / vrbis eorum interitu iusta exacturi piacula.

QVanto nostre ciuitatis senatus venerabilior ĩ deos qui post cannensẽ cladẽ decreuit / ne matrone vltra tricesimũ diẽ luctus suos extẽderent. vti ab hiis sacra Cereris peragi possent. Qua maiore pene romanarũ viriũ parte in execrabili ac diro solo iacẽte / nullius penates meroris expertes erãt.

de tarquinio rege

de marco regulo actilio

Itaq; matres ac filie cõiugeſq; et ſorores nuper interfecto rũ/abſterſis lacrimis/depoſitiſq; doloris inſignibus/ candi dã induere veſtẽ/et aris thura dare coacte ſunt. Quaquidẽ conſtãtia obtinẽde religionis/magnus celeſtibus iiectus eſt rubor vlterius aduerſus eam ſeuiendi gẽtem/ que ne iniu= riarũ quidẽ acerbitate ab eorum cultu abſterreri potuerit.

Capitulum ſecundum de neglecta religione.

de varrone consule dimicante cũ carthaginiensibus

Reditũ eſt Varronẽ conſulem apud Cannas cum cartaginenſibus tam infeliciter dimicaſſe ob iram Iunonis/ q cum ludos circenſes edilis faceret in Iouis optimi maximi templo/eximia facie puerum hiſtrio nem ad excubias tenendas poſuiſſet. Quod factum poſt ali quot annos memoria repetitum/ ſacrificiis expiatum eſt.

de poticio nõ obseruante sacra

Ercules quoq; detracte religionis ſue/et grauẽ et mani= feſtã penã exegiſſe traditur. Nã cũ poticii ſacrorũ eius ritũ (quẽ pro dono genti eorũ ab ipſo aſſignatũ velut hereditari= riũ obtinuerat) auctore Appio cenſore ad humile ſeruorũ miniſteriũ tranſtuliſſent/oẽs qui erãt numero ſuper trigi= ta puberes/intra annũ extincti ſũt. nomẽq; Poticiũ in duo= decĩ familias diuiſũ/prope ĩteriit. Appius vero luminibus captus eſt.

de apolline vindicante se de sacrilegio

Eer etiã ſui numinis vindex Apollo. qui cartagine a ro manis oppreſſa/ veſte aurea nudatus id egit/ vt ſacrilege manus inter fragmenta eius abciſe inuenirentur.

NEc minus efficax vltor contēpte religionis filius quoq; eius Esculapius. qui cōsecratū templo suo lucū / a Turulio prefecto Anthonii ad naues ei faciēdas magna ex parte succisū dolēs / inter ipsū nefariū ministeriū deuictis partibus Anthonii / imperio cesaris morti destinatū Turuliū (manifestis numinis sui viribus) in eū locū quē violauerat traxit. efficitq; vt ibi potissimū a militibus cesarianis occisus / eodē exicio et euersis iā arboribus penas lueret / et adhuc superantibus impunitatē cōsimilis iiurie pareret. suāq; venerationē quā apud colentes maximā sēper hūerat deus multiplicauit. — de turulio

Quintus aūt fuluius flaccus īpune nō tulit / quod in cēsura tegulas marmoreas ex Iunonis lacune tēplo / in edem fortune equestris (quā rome faciebat) trāstulit. Negatur. n. post hoc factū mēte cōstitisse. Quietiā per sūmā egritudinem animi expirauit / cū ex duobus filiis ī yllirico militantibus / alterū decessisse / alterū grauiter audisset affectū. Cuius caū motus senatus / tegulas locros repo[r]tādas curauit. decretiq; circūspectōe sanctissīa īpiū opus cēsoris retexuit. — de quinto fuluio

TAm me hercule q̄. P. leuinii legati Scipionis in thesauro Proserpine spoliādo / sceleratā auaritiā iusta animaduersione vīdicauit. Nā cum eum vinctū romam pertrahi iussisset / ante cause dictionē ī carcere teterrimo genere morbi cōsumptus est. Pecuniā dea eiusdē senatus imperio / et quidē — de pleminio legato scipionis

summam duplicando recuperauit.

Que/quod ad Publii lennii facinus pertinuit/bene a patribus cōscriptis vindicata. Quod ad violētas regis pirrhi sordes attinuerat/se ipsa potenter atq; efficaciter defendit. Coactis enī locrensibus ex thesauro eius magnā illi pecuniā dare cū honustus nefaria preda nauigaret/ vi subite tēpestatis tota cū classe vicinis dee littoribus illisus est. In quibus pecunia incolumis reperta sanctissimi thesauri custodie restituta est.

de masinissa rege

T nō similiter rex masinissa(cuius cū prefectus classis melitā appulisset/et eque ex fano Iunonis dētes eburneos eximie magnitudīs sublatos ad eū pro dono attulisset)vt cōperit vnde essēt aduecti/quīq; remis reportādos melitā/inq; tēplo Iunonis collocandos curauit. insculptos gētis sue litteris significātibus regē ignorantē eos accepisse. libenter dee reddidisse. Factū Masinisse aīo quā punico sāguini cōueniens. Quāq; quid attinet mores natione perpendi? In media barbaria ortus/sacrilegium alienum rescidit.

de dionysio syracusano

Siracusis genitus Dionisius/tot sacrilegia sua quot iam recognoscimus/iocosis dictis prosequi voluptatis loco duxit/fano enī Proserpine spoliato locris/cū per altū secūdo vēto classe veheretur/ridēs amicis videtis ne ait/q; bona nauigatio ab ipsis diis īmortalibus sacrilegis tribuatur.

Etracto etiā Ioui olīpio magni ponderis aureo amiculo

quo eū tirānus Hiero e manubiis cartaginensium ornauerat/iiectoq; ei laneo pallio dixit/estate graue esse aureū amiculū/hieme frigidū/laneū aūt ad vtrūq; tēpus anni aptius.

IDem/Epidauro Esculapio barbam auream demi iussit/quod affirmaret nō conuenire patrem appollinem imbarbem/ipsum barbatum conspici.

IDem/mensas argenteas atq; aureas e fanis sustulit. quodq; in hiis (more gretie) scriptum erat bonorum deorū esse/vti se bonitate eorum predicauit.

IDē victorias aureas et pateras et coronas que simulacrorū porectis manibus sustinebātur/tollebat. et eas se accepisse/nō aufferre dicebat. Per quā stultū esse argumētādo/a quibus bona precamur/ab hiis porrigentibus nolle sumere. Qui tametsi debita supplicia nō exsoluit/dedecore tamē filii mortuus penas rependit/quas viuus effugerat. Leto enim gradu ad vindictam sui diuina procedit ira/tarditatēq; supplicii grauitate pensat.

In quā ne incideret Timasitheus Liparitanorū prīceps consilio sibi aliter/atq; vniuerse patrie vtili prouidit exemplo Excepta nanq; in freto a ciuibus suis piraticam exercentibus magni ponderis aurea cratera/quam Romani Phitio Apollini decimarnm nomine dicauerant/incitato ad eā partiendam populo/vt comperit/eam Delphos perferendam curauit.

de thymasitheo principe liparitan

No de romanis

de [illegible] cereris in alexādri milites [illegible]

Milesia Ceres Milleto ab alexandro capta milites qui tē-
plū spoliaturi irruperāt/flāma obiecta priuauit oculis.

Perse mille nauiū numero delum cōpulsi/ templo Apol-
linis religiosas potius manus/ꝙ rapaces adhiberunt.

Athenīēses pitagorā philosophum pepulerunt/quia scri
bere ausus fuerat/primū ignorasse an dii essent. deinde si
sint quales.

Idem Socratem damnauerunt/quod nouā religionem
introducere videbatur.

Idem Phidiā tulerūt/ꝙ diu is marmore potius ꝙ ebore
Mineruam fieri debere dicebat/ꝙ diutius nitor esset man-
surus.sed vt adiecit et vilius.tacere iusserunt.

de dyomedonte

Dyomedon vnus e decē ducibus(quibus arginisse eadē pu
gna et victoriā et dāpnatiōnē pepererūt) cū ad iam meritū
suppliciū duceretur/nichil aliud locutus est quam vt vota
pro īcolumitate exercitus ab ipso nuncupata soluerentur.

Capitulum tercium de simulata religione.

Numa pōpilius vt populū romanū sacris obliga-
ret/volebat videri sibi cum dea Egeria cōgressus
esse nocturnus.eiusq̧ monitu/se que accepta diis immorta
libus sacra forent instituere.

de scipione africano

Scipio affricanus nō ante ad negotia publica vel priuata
ibat quam in cella Iouis capitolini moratus fuisset/et ideo
ioue genitus credebatur.

LVcius silla quotiēs prelium committere destinabat! paruum apollinis signum delphis sublatum / in conspectu militum complexus orabat! vti promissa maturaret. de l: silla

Qvintus sertorius per asperos lusitanie colles ceruā albā trahebat. ab ea sequenam aut agenda / aut vitanda essent! predicans admoneri. de q: sertorio

MInos Cretentiū rex nono anno quoddam peraltū et vetusta religione consecratum specus / secedere solebat. et ī eo moratus tanquā ab Ioue (quo se ortum ferebat) traditas leges prerogabat. de minoe cretēsiū rege

PIsistratus in recuperandam tirannidem quam amiserat simulatione reducentis se in arcem Minerue est vsus! cum per ostentationem ignote mulieris que Fro vocabatur / formate ad habitum dee / athenienses deciperet. de pisistrato atheniensiū tiranno

LIgurgus / consilio apollinis grauissime lacedemoniorū ciuitati leges compositas ferre se persuasit. de licurgo lacedemoniorū legislatore

Selenchus Alenchus sub noīe Minerue apud locrenses prudētissimus habitus est. Bachānaliū sacrorū mos nouus īstitutus / cū ad perniciosā vesaniam iretur sublatus est.

LVtatius qui primū punicū bellū cōfecit / senatu prohibitus ē sortes fortune prenestine adire. auspiciis. n. patriis nō alienigenis rē publicā administrari oportere indicabāt. De ... CAP de Lucfatio

Gaius cornelius hispalus pretor peregrinus. M. pōpilio leuate Lucio calphurnio cōsulibus! edicto caldeos circa deci de gaio cornelio hispal

mam diem abire ex vrbe atq; italia iussit/leuibus et ineptis ingeniis falaci siderū interpretatione/ questuosam mendaciis suis caliginem inicientes.

IDem/qui Sabbacii iouis cultu sublato mores romanos inficere conati sunt/domos suas repetere coegit.

de emilio paulo

LVcius emilius paulus cōsul cū senatus isidis et seraphis phana diruenda censuisset/eaq; nemo opificū attigere auderet/posita pretexta securem arripuit/templiq; eius foribus inflixit.

de L. tarquinio

LVcius tarquinius rex/cēturiis equitū quas Romulus auspicato conscripserat alias adicere cupiens/cū ab Acio nauio augure prohiberetur/offensus interrogauit/an id fieri posset quod aīo cogitaret/ eo(augurio capto)posse fieri dicēte/iussit nouacula cotē discīdi.qua Acius allata administrato incredibili facto/effectum sue perfectionis oculis regis subiecit.

Capitulum quartum de auspiciis.

de tiberio gracco

TIberius gracchus cū ad res nouas pararetur/auspicia domi prima luce petiit.que illi perquātristia respōderunt.e ianua egressus ita pedē offēdit / vt digitus ei decuteretur. tres deīde corui ī eū aduersū occinētes/partē tegule decusā ante ipsū propulerūt.quibus oībus cōtemptis a Scipione nasica pōtifice maximo decussus capitolio/ fragmento subselii ictus procubuit.

de p. claudio

PVblius claudius/bello punico primo cum prelium na=

uale committere vellet/auspiciaqꝫ more maiorum petisset/ et pullarius nõ exire cauea pullos nũciasset/abici eos ĩ mare iussit dicens/quia esse nolunt/bibant.

LVcius iunius Publii claudii collega/neglectis auspiciis classem tempestate amisit. dampnationisqꝫ ignominiam voluntaria morte preuenit. de L. iunio

CVm metellus pontifex maximus tusculanũ petẽs iret/ corui duo in os eius aduersum veluti iter impedientes aduolauerunt. vixqꝫ excuderũt/vt domum rediret. in sequẽti nocte edes veste arsit. quo incendio metellus ĩter ipsos ignes raptum palladium incolume seruauit. de metello

MArco ciceroni mors imminens auspicio predicta est. Cũ enim in villa caietana esset/coruus in conspectu eius horologii ferrum loco motum excussit. et protinus ad ipsum tetendit. ac ad laciniã toge eousqꝫ morsu tenuit/ donec seruus ad occidendum eum milites venisse nunciaret. de marco tullio cicerone

MArcus brutus cum reliquias exercitus sui aduersus Cesarem et Antoniũ eduxisset/due aquile ex diuersis castris aduolauerũt. et edita inter se pugna/ea que ex parte Bruti fuerat/male multata fugit. de marco bruto

CVm rex Alexander vrbem in egipto constituere vellet/ Architectus Democrates cum cretam non haberet/ polentaqꝫ future vrbis lineamenta deduxisset/ ingens auium multitudo primo lacu emersa polentam depasta est. de rege alexandro

Quod sacerdotes egiptiorum interpretati sunt / aduenarū frequentie alimentis suffecturam vrbem.

de deiotaro rege

Deiotaro vero regi oīa fere auspicatu gerenti / salutaris aquile conspectus fuit. Qua visa / abstinuit se ab eius tecti vsu / quod nocte insequenti ruina solo equatum est.

Capitulum quintum de ominibus.

Ominū etiam obseruatio aliquo contactu religionis īnexa est. quoniā nō fortuitu / sed dīna prouidentia cōstare creditur. que effecit / vt (vrbe a gallis disiecta deliberātibus patribus conscriptis vtrū veios migrarēt / an sua menia restituerēt) forte eo tēpore e presidio cohortibus redeūtibus / Cēturio ī comicio exclamaret / signifer statue signū / hic optīe māebimus. Ea. n. voce audita / senatus accipere se omen respōdit. euestigioq; veios trāseūdi cōsiliū ōmisit. Quā paucis verbis de domicilio futuri sūmi īperii confirmata est cōdicio. credo īdignū diis visū prosperrimis auspiciis romanū nomē ortū / veiētane vrbis appellatione mutari. īcliteq; victorie decus / modo abiecte vrbis ruinis īfūdi

Hvius tā preclari operis auctor Camillus / cū esset precatus / vt si cui deorū nimia felicitas. p. r. videretur / eius inuidia suo aliquo incomodo satiaretur / subito lapsu decidit. quod omē ad dāpnationem qua postea oppressus est / pertinuisse visū est Merito aūt de laude inter se / victoria et pia precatio amplissimi viri certauerunt. Eque enim virtutis

est et bona patrie auxisse / et mala ĩ se transferre voluisse.

QVid illud quod. L. paulo euenit quã meõrabile? cũ ei sorte euenisset vt bellũ cũ rege perse gereret / et domũ e curia regressus / filiolã suã noĩe Terciã (que cũ erat admodũ paruula) osculatus tristẽ animaduertere / interrogauit quid ita eo vultu esset? Que respondit persam periisse. Decesserat aũt catellus quẽ puellã ĩ deliciis hũerat / noĩe persa. Arripuit igitur omen Paulus. exq̃ fortuito dicto quasi certã spem clarissimi triumphi animo presumpsit. | de L. paulo et filia

Tcecilia vxor Metelli / dũ sororis filie adulte etatis virgini / more prisco nocte cõcubia nupcialia petit / omẽ ipsa fecit. Nã cũ ĩ sacello quodã eius rei gratia aliquãdiu persedisset / nec aliqua vlla vox proposito cõgruẽs esset audita / fessa lõga stãdi mora puella / rogauit materterã vt sibi paulisper locũ residẽdi accomodaret. Cui illa ego vero inquit libenter tibi mea sede cedo. Quod dictũ ab ĩdulgẽtia profectũ / ad certi ominis processit euẽtũ. Quoniã Metellus (nõ multo post mortua cecilia) virginẽ de qua loquor ĩ matrimoniũ duxit. | de cecilia metelli [illegible]

CAio aũt mario obseruatio ominis proculdubio saluti fuit quo tẽpore hostis a senatu iudicatus in domũ Fannie mynturnis custodie causa deductus est. aĩaduertit enĩ Asellum cum ei pabulũ obiceretur / neglecto eo ad aquam procurrentem. Quo spectaculo deorum prouidentia quod sequeretur oblatũ ratus. alioquin etiam interpretandarum religionũ | de caio mario et ominis [illegible]

peritissimus/ a multitudie que ad opē illi ferēdā cōfluxerat impetrauit vt ad mare perduceretur . ac protinus nauiculā cōscēdit. Eaqꝫ ī affricā cōuectus / arma sille victricia effugit

De pompeio magno

POmpeius vero magnus ī acie pharsalica victus a cesare fuga querēs salutē / cursu ī insulā Ciprū (vt aliquid ī ea virıū cōtraheret) classē direxit. Appellāsqꝫ ad opidū Paphum cōspexit ī littore speciosū edificiū . gubernatorēqꝫ īterrogauit quod ei nomē esset ? Qui respōdit Cacobasilea vocari. Que vox spem eius que quātulumcūqꝫ restabat/cōminuit. Neqꝫ id dissimulāter tulit. Auertit enī oculos ab illis tectis ac dolorem quē ex diro omine ceperat gemitu patefecit.

De marco bruto

Marci etiā bruti dignus admisso parricidio euentus omine designatus est. Siquidē post illud nefariū opus natalem suū celebrans/cū grecū versum exprimere vellet/ ad illud potissimū homericū referendū aīo tetendit. [illegible] qui deus philipensi acie a Cesare et Antonio signo datus/in eum tela conuertit . quo enim die periit/in castris cesaris militibus signū apollinis est datum.

De caio cassio

COnsētaneo vocis iactu/ Gay cassii aurē fortūa peruellit. quē orātibus Rhodiis ne ab eo cūctis deorū simulacris spoliarētur/ solē a se relinqui respondere voluit/ vt rapacissimi victoris īsolētiam dicti tumore protraheret. abiectūqꝫ macedonica pugna/ nō effigiē solis quā tantūmodo supplicibus eesserat/sed ipsū solē revera relinquere cogeret.

AⁿNnotatu dignū illud quoq; omē/ſub quo Petilius cōſul in Liguria bellū gerēs/occiderit. Nā cū mōtē/cui leto cog=nomē erat/oppugnaret/interq; adhortationē militū dixiſſet hodie ego letū vtiq; capiam/inconſideratius preliando/for=tuitum iactum vocis/leto ſuo confirmauit.

Dici noſtris/duo eiuſdē generis alienigena exēpla/non abſurde poſſūt. Samii (prienenſibus auxiliū aduerſus Car ras īplorantibus) arrogantia inſtincti/pro claſſe et exercitu lenbuculā eis deriſus gratia miſerunt. quā illi velut diuini tus datū preſidiū interpretati libenter receptā/vera fatorū predictione victorie ducem habuerunt.

NEq; Apollonite quidē penitentiā egerūt. q; (cū bello illi=rico preſſi/Epidaurios vt ſibi opē ferrent oraſſent/atq; illi flumē vicinū menibus ſuis noīe Eautē in adiutoriū eorum ſeſe mittere dixiſſēt) accepimus quod datur reſponderunt. eiq; primū in acie locum perinde ac duci aſſignarūt. Ex in=ſperato enī ſuperatis hoſtibus ſucceſſū ſuū omini accepto referentes/extūc Eauti vt deo īmolauerunt. et deinceps oī=bus preliis ducem vti inſtituerunt.

Capitulum ſextum de prodigiis.

PRodigiorū quoq;/que aut ſecūda/aut aduerſa ac=ciderūt/debita propoſito noſtro relatio eſt.

SEruio tullio etiā tū puerulo dormiēti/circa caput flāmam emicuiſſe/domeſticorū oculi annotauerūt. Quod prodigiū

Anci regis Marci vxor Tanaquil admirata: serua natum ĩ modũ filii educauit. et ad regium fastigium euexit.

. de marcio

Que felicis aduentus illa flamma / que ex (L. marci du= cis duorum excercituum: quo interitus Publii et Cnei Sci pionum in hispania debilitauerat) capite concionãtis eluxit. Namq; eius aspectu pauidi adhuc milites pristinam recupe rare fortitudinem admoniti: octo et trigĩta milibus hostiũ cesis: magnoq; numero in potestatem redacto: bina castra punicis opibus referta ceperunt.

de lacu albano

Tem cum bello acri et diutino Veientes a Romanis in= tra menia compulsi / capi non possent: eaq; mora nõ minus obsidentibus quã obsessis intollerabilis videretur: exopta= te victorie iter miro prodigio dii immortales patefecerũt. Subito enĩ Albanus lacus neq; celestibus auctus ĩbribus neq; inundatione vllius amnis adiutus: solitum stagni mo dum excessit. Cuius rei explorãde gratia / legati ad Delphi cum Apollinẽ missi retulerunt precipi sortibus: vt aquam eius lacus emissam / per agros diffunderent. Sic enim Vei os in potestatem populi. ro. venturos. Quod priusq̃ legati renunciarent: auruspex Veientum a milite nostro (quia do mestici interpretes deerant) raptus et in castra perlatus / fu turum dixerat. Ergo senatus duplici predictione monitus / eodem pene tempore et religioni paruit: et hostium vrbe potitus est.

N Ec parũ prosperi successus quod sequitur. Lucius silla consul / sociali bello cum ĩ agro nolano ante pretorium immolaret / subito ab ima parte are prolapsã anguem prospexit. Qua visa / Postumii auruspicii hortatu / continuo exercitũ ĩ expedicionẽ duxit. ac fortissima samnitũ castra cepit. que victoria / future eius amplissime potencie / gradus et fundamentum extitit. — de .L: silla

P Recipue ammirationis etiam illa prodigia / que (C. voluminio et Sergio sulpicio consulibus) in vrbe nostra inter inicia motusq; bellorum acciderunt. Bos nãq; / mugitu suo in sermonem humanum conuerso / nouitate monstri audiẽtium animos exterruit. — de caio volũnio et sergio sulpicio

C Arnis quoq; ĩ modum nimbi dissipate partes ceciderũt. quarũ maiorem numerũ prepetes diripuerũt aues / reliquũ humi per aliquot dies / neq; odore tetro / neq; deformi aspectu mutatũ / iacuit.

Iusdẽ generis monstra alio tumultu credita sũt. puerũ ĩfantẽ semestrẽ in foro boario triũphum exclamãtem. aliũ cũ elephãtino capite natum. In piceuo lapides pluuisse. In gallia lupũ vigili e vagina gladiũ abstulisse. In sicilia scuta duo sanguinẽ sudasse. Etiã metentibus cruentas spicas ĩ corbẽ decidisse. Cerites aquas sanguine mixtas fluxisse. Bello etiã punico secundo constitit (Cn. domicio) bouẽ dixisse / caue tibi Roma.

II

de casu flaminio Caius autē flaminius īauspicato/ consul creatus cū apud lacū trasymenū cū Hānibale conflicturus cōuelli signa ius sisset/ lapso equo super caput eius/ humi postratus est. nihilq; eo prodigio īhibitus / signiferis negātibus signa moueri sua sede posse/ malū ni ea cōtinuo effodissent minatus est. Verū huius temeritatis vtinā sua tantū/ nō etiā. po. ro maxīa clade penas pependisset. In ea nāq; acie quindecī milia romanorū cesa. sex milia capta. vigīti milia fugata sūt. Consulis obtruncati corpus/ ad funerandum ab Hānibale quesitum . qui quantum in ipso fuerat/ romanū sepelierat imperium.

de c: hostilio Flaminii autē precipitē audaciā . C. hostilius Mancinus vesana perseuerātia subsequitur . Cui cōsuli ī hispaniā ituro/ hec prodigia acciderūt. Cū lauinii sacrificiū facere vellet/ pulli cauea emissi / ī proximā siluam fugerunt. sūmaq; diligentia quesiti/ reperiri nequiuernut. Cum ab Herculis portu quo pedibus peruenerat/ nauē conscēderet/ talis vox (sine vllo auctore) ad aures eius peruenit. Mancine mane. Qua territus/ cū itinere cōuerso ianuam petisset/ et ibi scapham esset ingressus/ anguis eximie magnitudinis visus e cōspectu abiit. Ergo prodigiorū numerū numero calamitatū equauit. Infelici pugna. turpi federe. deditiōe funesta.

Minus mirā in hoīe parū cōsiderato temeritatem Tiberii gracchi grauissimi ciuis tristis exitus/ et prodigio denūcia-

tus / nec euitatus consilio / facit. Consul enim cum in Luca nis sacrificasset / angues due ex occulto prolapse / repente hostie quam immolauerat / adeso iocinore / in easdem se latebras retulerũt. Ob id deide factũ restaurato sacrificio idẽ prodigii euenit. Tertia quoq; cesa victima diligẽtiusq; asseruatis extis neq; adlapsus serpentũ arceri / neq; fuga ĩpediri potuit. Quod quamuis aruspices ad salutẽ ĩperatoris pertinere dixissent / gracchus tamen non cauit ne perfidi hospitis sui Flamii insidiis / in eum locũ deductus in quo penorũ dux Mago cũ armata manu delituerat / iermis occideretur.

ET consulatus collegiũ / et erroris societas / et par genus mortis / a Tiberio graccho ad Marcelli memoriam me trahit. is etenim et captarum siracusarum / et Hannibalis ante Nolana menia a se primum fugere coacti / gloria inflãmatus / cum summo studio niteretur vt penorum exercitũ aut italia prosterneret / aut italia pelleret / sollemniq; sacrificio voluntates deorum exploraret / que prima hostia ante foculum cecidit / eius iecur sine capite inuentum est. Proxima caput iocinoris duplex habuit. Quibus inspectis / Aruspes tristi uultu non placere sibi exta (quia prima truncata / secunda nimis leta apparuissent) respõdit. Ita monitus. M. marcellus ne quid temere conaretur / in sequenti nocte speculãdi gratia cũ paucis egredi ausus / a multitudine hostiũ in brutiis circũuentus / eque magnũ dolorẽ ac detrimentũ

patrie / interitu suo attulit.

de octauio consule

IAm Octauius consul dirũ omen queãdmodũ timuit / ita vitare non potuit. E simulacro enim Appolinis per se abrupto capite / et ita ĩfixo humi vt auelli nequiret / armis cũ collega suo dissidẽs Cinna / presumpsit aĩo ea re significari exicium suum. In quem metus augurii tristi fine vite incidit. ac tũ demũ immobile dei caput terra refigi potuit.

de marco crasso

NOn sinit nos. M. crassus / ĩter grauissimas nostri ĩperii iacturas numerandus / hoc loco de se / silentium agere / plurimis et euidentissimis ante tantam ruinam monstrorum pulsatus ictibus / ducturus erat a Carris aduersus Parthos exercitũ. cui pullũ est traditum paludamentũ / cũ in preliũ exeũtibus / albũ aut purpureũ dari soleat. Mesti et taciti milites ad principẽ conuenerũt / qui vetere instituto cũ clamore alacri accurrere debebant. Aquilarũ altera vix conuelli a Primipilo potuit / altera egerrime extracta in contrariã ac ferebatur partẽ se ipsã conuertit. Magna hec prodigia. Sed et ille clades aliquãto maiores / tot pulcherrimarũ legionũ interitus. tam multa signa hostilibus intercepta manibus / tantũ romane milicie decus / Barbarorũ obtritũ equitatu. optime indolis filii cruore paterni respersi oculi. Corpus imperatoris ĩter promiscuas cadauerum strues / auiũ / ferarumq; laniatibus obiectũ. Vellẽ equidẽ placidius / sed quod relatu verũ est. Sic deorũ spreti premonitus excãdescunt.

ſic humana conſilia caſtigantur! vbi ſe celeſtibus preferũt.

GNeum etiã pompeiũ Iupiter oĩpotens abũde monuerat ne cũ. C. ceſare vltimam belli fortunã experiri contẽderet. egreſſo a Dyrrachio aduerſa agmini eius fulmina iaciens. examinibus apũ ſigna obſcurãdo. ſubita triſticia implicatis militũ aĩmis. nocturnis totius excercitus terroribus. ab ipſis hoſtiarũ altaribus fuga. Sed ĩuicte leges neceſſitudinis pectus alioquĩ procul ãmẽtia remotum! prodigia iſta iuſta eſtimatõe perpẽdere paſſe nõ ſũt. Itaq; dũ ille eleuat auctoritatẽ ampliſſimã! et opes priuato faſtigio excelſiores! oĩaq; ornamẽta que abineũte adoleſcentia! ad ĩuidiã vſq; cõtraxerat! ſpacio vnius diei cõfregit. Quod cõſtat in delubris deũ ſua ſponte ſigna cõuerſa. militarẽ clamorẽ ſtrepitũq; armorum adeo magnũ Antiochie et Ptholomaide auditũ! vt in muros concurreretur. ſonũ tympannorũ Pergami abditis delubris editũ. palmã viridẽ tralibus ĩ edẽ victorie ſub ceſaris ſtatua / inter coagmẽta lapidũ iuſte magnitudinis enatã. quibus appareret celeſtiũ numẽ et ceſaris glorie fauiſſe! et pompei errorem inhibere voluiſſe.

Vas aras tuaq; ſanctiſſima templa diue Iuli veneratus oro! vt propicio ac fauenti numine tantorũ caſus virorum ſub tui exẽpli preſidio ac tutela delireſcere patiaris. Te enĩ accepimus eo die quo purpurea veſte velatus / aurea ĩ ſella conſcediſti (ne maximo ſtudio ſenatus exqiuſitũ et delatum

honorē ſpreuiſſe videreris) priuſq̄ exoptatū ciuiū oculis cō ſpectū tui offerres/cultui religionis in quā mox eras tranſiturus vacaſſe. mactatoq̄ opimo boue/ cor ī extis nō repe riſſe.ac reſpōſum ſibi eſſe a Spurina aruſpice / pertinere id ſignū ad vitam et conſiliū tuum/ q̄ vtraq̄ hec corde continerentur. Erupit deinde eorum parricidium / qui dum te hominū numero ſubtrahere volūt/deorū cōſilio adiecerūt.

Laudatur hoc exēplo taliū oſtentorū domeſtica relatio/ ne ſi vlterius romana apprehēdero/e celeſti tēplo ad priuatas domos nō conſentaneos vſus tranſtuliſſe videar.

Ttingam igitur externa . que latinis litteris incerta vt auctoritatis minus habēt/ita aliquid grate varietatis afferre poſſunt.

De equa pariente leporem

IN exercitu xerſis quem aduerſus greciam contraxerat/ eque partu leporē editū conſtat. Quo genere monſtri/tāti apparatus ſignificatus eſt euentus. Nā qui mare claſſibus texerat/equitibus terram/ velut fugax animal / pauido regreſſu regnum ſuum repetere eſt coactus.

Odē/montē Athon iuxta ydā trāſgreſſo/priuſq̄ Athenas deleret/lacedemonis īuadende conſiliū agitanti/admira bile inter cenā prodigiū incidit. Infuſum nāq̄ patere eius vinū/in ſanguinē nec ſemel ſed iterū et tercio cōuerſū eſt. Qua de re cōſulti magi/monuerunt vt ſe ab incepto propo ſito abſtineret.etſi quod veſtigium in vecordi pectore ſēſus

fuisset/cauere potuisset/ ante de Leonida et cessare/a Spar
tanis abunde monitus.

MIde uero/ cuius imperio Phrygia fuit subiecta / puero
dormienti/formice in os grana tritici congesserũt. Parenti
bus deinde eius / quorsus prodigiũ tẽderet explorantibus/
augures respõderũt/ omniũ illũ mortaliũ futurũ ditissimũ
Nec vana predictio extitit/ Nã Midas cũctorũ pene regum
opes/abũdantia pecunie antecessit. ĩfantieq; ĩcunabula vtili
deorũ munẽre donata/onustis auro atq; argẽto gazis pẽsauit.

FOrmicis Mide/ iure meritoq; apes Platonis pretulerĩ.
ille enĩ caduce ac fragiles/he/solide et eterne felicitatis ĩdi=
ces extiterũt/dormientis in cunis paruuli labellis mel inse
rendo. Qua re audita/ prodigiorũ interpretes singularem
eloquii suauitatẽ ore eius emanaturam dixerunt. Ac michi
quidẽ ille apes non montẽ Hymenũ tymi flore redolentẽ /
sed musarum per eliconios colles omni genere doctrine vi=
rentes/dearũ instinctu depaste/maximo ingenio / dulcissĩa
summe eloquentie instillasse videntur alimenta.

Capitulum septimum de somniis.

ET quoniã diuitias Mide/disertũq; platonis somnũ
attigi/referã q̃ certis imaginibus multorũ quies
adũbrata sit. Quẽ locũ vnde potius ordiar/quã a diui Au=
gusti sacratissĩa meõria/ Eius medico Artorio somnũ capiẽ
ti/nocte quã dies secutus est / quo in campis Phillippicis

romani īter se exercitus cōcurrerūt! Minerue species obor
ta precepit vt illū graui morbo īplicitum moneret ! ne pro
pter aduersā valitudinē proxīo prelio nō īteresset. Quod cū
cesar audisset!lectica se in aciem deferri iussit. vbi dū supra
vires corporis pro adipiscenda victoria excubat/castra eius
a Bruto capta sunt. Quid ergo aliud putamus! ꝙ diuino
numine effectum!ne destinatum iam immortalitati caput
indignam celesti spiritu fortune violētiam sentiret?

AVgustū vero preter naturalē animi ī oībus rebus sub=
tiliter perspiciēdis vigorē / etiā recens et domesticū exēplū
vt Artorii somnio obtēperaret!āmonuit. audiuerat enī diui
Iulii patris sui vxorē Calphurniā nocte quā is vltimam in
terris egit/ ī quiete vidisse! multis eū confectū vulneribus
ī suo sinu iacentē. sōniiq; atrocitate vehemēter exterritā / ro
gare nō destisse. vt proxīa die curia se abstineret . At illum
(ne muliebri sōnio motus/id fecisse existimaretur) senatū ī
quo ei parricidarū manus allate sūt!adire cōtēdisse. Nō est
īter patrē et filiū vllius rei cōparacōem fieri . Presertī diui
nitatis fastigio iūctos. sed iā alter operibus suis aditum sibi
ad celū īstruxerat! alteri lōgus adhuc terrestriū virtutū or=
bis restabat! Quapropter abhoc tātūmodo īpendentē muta
cōem status cognosci! ab illo etiā differri dii īmortales vo=
luerunt!vt aliud celo decus daretur!aliud promitteretur.

Dec. p. decio et t. m. torquato ILlud etiā somniū et magne ammiracōnis et clari fuit

exitus/quod cadē nocte duo cōsules. P. decius et Titus mā
lius torquatus/latio bello ac periculo suo graui/nō procul
ab Eusebii mōtis radicibus positis castris/viderunt. Vtriqꝫ
enī quidā per quietis speciē predixit/ex altera acie īperato=
rē/ex altera exercitum/diis manibus matriqꝫ terre deberi.
Vtrius aūt dux copias hostiū agrederetur/superqꝫ eas se
se ipsū deuouisset/victricē abiturā. id/luce proxīa cōsulibus
sacrificio vel expiaturis si posset auerti/vel si certū deorū
etiā monitu visū foret executuris/hostiarū exta sōnio con=
gruerunt. Cōuenitqꝫ inter eos cuius cornu prius laborare
cepisset/vt is capite suo/fata patrie lueret. Que neutro re=
formidante/Decium depoposcerunt.

SEquitur eque ad publicā religionē pertinēs somniū. Cū
plebeis quidā ludis paterfamilias per circūflaminiū prius=
quā pōpa īduceretur/seruū suū verberibus multatum sub
furca ad suppliciū egisset/latio hoī ex plebe Iupiter ī quie=
te precepit/vt cōsulibus diceret sibi presultorē ludis circen
sibus proxīs nō placuisse. Que res nisi attēta ludorū īstau=
racōe expiata esset/secuturū nō mediocre vrbis periculū.
Ille veritus ne cū aliquo īcomodo suo/religione sūmū im
pleret īperiū/silentiū egit. Vestigioqꝫ filius eius subita vi
morbi correptus īteriit. Ipse etiā per quietē ab eodem deo
īterrogatus/an satis magnā penā neglecti īperii sui pepē=
disset/ī proposito perseuerans/debilitate corporis solutus

est. At tū demū ex cōsilio amicorū lectica ad tribunal consu lū / et īde ad senatū perlatus ordine totius casus sui exposi to/magna cum omnium ammiratione recuperata membro rum firmitate/pedibus domum rediit.

de marco cicerone

At ne illud quidē īuoluendū silētio. Inimicorū cōspira tione vrbe pulsus. M. cicero/ cū in villa quadā cāpi atinatis diuersaretur/ is aīo in somnū profuso per loca deserta ac ī= uias regiones vagāti / sibi Caiū Mariū cōsulatus ornatum insignibus putauit obuiū factū īterrogantē eū quid ita tam tristi vultu ī certo itinere ferretur. Audito deinde casu quo cōflictabatur/cōprehēdisse dexterā suā. ac se proxīo littori ī monumētū ipsius ducendū tradidisse/quod diceret ibi esse ei letiorē status spē repositā. Nec aliter euenit. Nā in ede Io= uis mariana / senatus consultū de reddītu eius est factum.

de c. graccho

Caio autē graccho imminētis casus atrocitas palam atqꝫ aperte per quietē denūciata est. Somno enī pressus/Tibe rii gracchi fratris effigiē vidit / dicentis sibi nulla ratione eū vitare posse/ne eo fato nō periret/ quo ipse propulsus e capitolio occidisset. Id ex graccho(priusq̄ tribunatū in quo fraternum exitum habuit/iniret)multi audierunt. Celius etiā certus romane historie auctor/sermonē de ea re ad suas aures(illo adhuc viuo)peruenisse scribit.

de cassio parmensi

Uincit huiusce sōnii dirum aspectū quod sequitur . apud Actiū. M. antonii fractis opibus/ Cassius parmēsis qui par

tes eius secutus fuerat / Athenas cõfugit. Ubi cõcubia noc te cũ sollicitudĩbus et curis mẽte sopita ĩ lectulo iaceret / exi stĩauit ad se veĩre hoĩem ĩgentis magnitudĩs / coloris nigri squalidũ barba / et capillo demisso / ĩterrogatũq; quisnã eẽt / respõdisse kacodemona. Perterritus deĩde tetro visu et noĩe horrẽdo / seruos ĩclamauit. scicitatusq; ẽ si quẽ talis habitus aut ĩtrantẽ cubiculũ / aut exeũtẽ vidisset. Quibus affirmãti bus neminẽ illuc accessisse / iterũ se quieti et sõnõ dedit. atq; cadẽ aĩo eius obseruata species ẽ. Itaq; fugato sõno / lumen ĩtro ferri iussit. puerosq; a se discedere vetuit. Inter hanc noctem et suplicium capitis quo eum cesar affecit / paruulũ admodum temporis intercessit.

PRopioribus tamẽ (vt ita dicã) lineis / Arterii rufi equitis romani sõniũ certo euẽtu ãmonitũ ẽ. Qui cũ gladiatorium munus siracusis ederetur / ĩter quietẽ Reciarii se manu cõ= fodi vidit. idq; postero die ĩ spectaculo cõsessoribus narra= uit. Incidit deĩde / vt proxĩo ab equite loco reciarius cũ Mir milone ĩtroduceretur / cuius cũ faciẽ vidisset / ĩdẽ dixit ab illo reciario se trucidari putasse. Protinusq; ĩde discedere voluit illi sermõe suo / metu eius discusso / cãm exicii misero attule rũt. Retiarius. n. in eũ locũ cõpulso Mirmilone et abiecto / dũ iacentẽ ferire conatur / traiectũ gladio Arteriũ ĩteremit. De arterio ruffo

Annibalis quoq; vt detestãdũ romão sãguini ita certe pre dicationis sõnium cuius nõ vigilie tantũ sed etiã ipsa quies De hannibale

hostilis imperio nostro fuit. Hausit enī proposito et vetis suis cōuenientē imaginē. estimauitq; missum sibi ab Ioue mortali specie excelsiorē iuuenē/ īuadēde italie ducē. Cuius monitu primo vestigia nullā ī partē secutis oculis! mox hu mani īgenii prona volūtate vetita scrutādi pone respiciēs! aīaduertit īmēse magnitudīs serpentē/ cōcitato īpetu omne quicquid obuiū fuerat proterentē. Postq; eā magno cū celi fragore erūpētes nībos. lucēq; caliginosis īuolutā tenebris. Attonitus deinde quidnā esset monstri! et quid portēderet/ interrogauit. hic dux italie vides inquit vastitatē Proinde sile et cetera tacitis permitte fatis.

De alexandro

QVā bene Macedonie rex alexāder per quietē visa imagīe premoītus erat! vt vite sue custos esset diligētior! si eū cauē di etiā periculi cōsilio fortūa īstruere voluisset. Nāq; Cassā dri pestiferā sibi dexterā sōnio prius cognouit! q̄ exitu sen sit. Existiauit enī ab illo se īterfici! cū eū nunq̄ vidisset. Interposito deīde tēpore postq̄ ī cōspectu venit nocturni metus patefacta imagīe vt Antipatri filiū esse cognouit! adiec to versu greco (qui fidē sōniorum eleuat) preparati iam ad uersus caput suum veneficii (quo cecidisse Cassandri manu creditur) suspicionem animo retulit.

De simonide poeta

LOnge indulgentius Dii in poeta Simonide! cuius salutarem inter quietem ammonitionem cōsilii firmitate roborarunt. Is enim cū ad litus nauem appulisset! inhumatūq;

corpus iacēs sepulture mādasset! āmonitus ab eo ne proxīo die nauigaret! ī terra remāsit. Qui īde sosuerant! fluctibus et procellis ī cōspectu eius obruti sūt. ipse letatus est! ꝙ vitam suā somnio! ꝙ naui credere maluisset. Memor aūt beneficii elegātissīo carmine eternitati consecrauit. melius illi et diuturnius in animis hominum sepulchrum constituēs! ꝙ in desertis et ignotis harenis struxerat.

Efficax et illa quietis imago! que Cresi regis animū maximo prius metu! deinde etiā dolore cōfecit. Nā e duobus filiis! et ingēti agilitate et corporis dotibus prestātiorē! īperiiqꝫ successioni destinatū Atym! existimauit ferro sibi ereptū. Itaqꝫ quicquid ad euitandā denūciate cladis acerbitatem pertinebat! nulla ex parte patria cura cessauit auertere. Solitus erat iuuenis ad bella gerēda mitti! domi retētus est! habebat armamtēariū oīs generis telorum copia refereū. Id quoqꝫ amoueri iussit. gladio cinctis comitibus vtebatur! vetiti sunt propius accedere. Necessitas tamē aditū luctui dedit. Cum enim ingentis magnitudinis aper! Olympi montis culta! crebra cum agrestium strage vastaret! inusitatoqꝫ malo regium imploratum esset auxilium! filius a patre extorsit! vt ad eum opprimendum mitteretur. Eo quidem facilius! quod non dentis sed ferri seutia in metu reponebatur. Verum dum acri studio interficiendi suē oēs sūt intenti pertinax casus īminētis violentie! lanceā petēde fere gartia

de creso rege

missā ī eū detersit. Et quidē eā potissimū dextrā nefarie ce=
dis crimine voluit aspergi / cui tutela filii a patre mandata
erat. quāq₃ Cresus imprudentis homicidii sanguine violatā
hospitales veritus deos / supplicem sacrificio expiauit.

de cyro

NEc Cyrus quidē superior / inuicte fatorū necessitatis par
uulū argumētū est. Cuius ortus ad īperiū totius asie spec=
tātis / maternus auus Astiages duos prenūcios somnii fru
stra discutere tēptauit. Mandanā filiā suā (q̄ ī quiete viderat
vrina eius omēs asiaticas gētes īundasse) nō medorū excel=
lentissimo (ne in eius familiam regni decus transferretur)
sed persarum modice fortune viro collocando. natumq₃ Cy=
rum exponi iubēdo quia similiter quietis tēporibus existi=
mauerat genitali parte Mādanes natā vitē eousq₃ creuisse /
donec cunctas dominationis sue partes inumbraret. Fru=
stratus est enim se ipse / nepotis felicitatē celestiū iudicio de
stinatam / humanis consiliis impedire conando.

de dionysio

Atra priuatum autem habitum Dionisio siracusano
adhuc se continente / Himera quedam non obscuri generis
femina inter quietē opinione sua celū conscendit. atq₃ ibidē
deorum omnium lustratis sedibus / animaduertit preualen
tem virum / flaui coloris / lentiginosi oris / ferreis catenis
vinctum / Iouis solio pedibusq₃ subiectū. Interrogatoq₃ iu=
uene quo considerādi celi duce fuerat vsa / quisnā esset / au=
diit illum Scicilie atq₃ Italie dirū esse fatū. solutūq₃ vīculis

multis vrbibus exitio futurum. Quod somniū postero die sermōe vulgauit. Postq̄ deinde Dionisiū inimica Siracusarū libertati capitibusq̄ īsontiū īfesta fortūa/ celesti custodia liberatum/velut fulmē aliquod ocio ac tranquilitati iniecit/ Himera cū menia īter effusā velut ad officiū et spectaculū eius turbā ītrantē vt aspexit/hunc esse quē ī quiete viderat vociferata ē. Id cognitū tirāno curā tollēde mulieris dedit.

Vtioris somnii mater eiusdē Dionisii. Que cū eum cōceptum vtero haberet/parere visa est Satiriscum. cōsultoq̄ prodigiorum interprete/clarissimum ac potentissimū graii sanguinis futurum/cū certo euentu cognouit.

T Cartaginensiū dux Amilchar cū obsideret Siracusas īter somnū exaudisse vocē credidit nūciantē futurū/ vt proximo ī ea vrbe cenaret. Letus igitur perīde ac diuitus promissa victoria/exercitū pugne cōparabat. In quo inter Siculos et penos orta dissēsione/castris eius Siracusani subita irrupcōe oppressis/ipsū intra menia sua vinctū pertraxerūt. Ita magis spe q̄ somnio deceptus/ cenauit Siracusis captiuus nō vt animo presumpserat victor.

ALcibiades quoq̄ miserabilem exitum suum haud fallaci nocturna imagine speculatus est. Quo enim pallio amice sue dormiens opertum se viderat/interfectus et insepultus iacens contectus est.

PRoximū somniū etsi paulo est longius/propter nimiam

tamē euidentiā ne omittatur īpetrat. Duo familiares archa des/iter vna faciētes Megarā venerūt Quorum alter se ad hospitē cōtulit/alter ī tabernā meritoriā diuertit. Is qui in hospicio erat/vidit ī somnis comitē suum orantē vt sibi cau ponis īsidiis circunuēto subueniret. Posse enī celeri eius ac cursu se imminenti periculo subtrahi. Quo viso/exitatus prosiliit. tabernāq; ī qua is diuersabatur petere conatus est. Pestifero deīde fato/eius humanissimū propositū tanquā superuacuū dānauit. et lectū ac somnū repetiit. Tunc idē ei saucius oblatus obsecrauit/vt quoniā vite sue auxiliū ferre neglexisset/neci saltē vltionē non negaret. Corpus enī suū a caupone trucidatū/tū maxīe plaustro ferri ad portā ster-core coopertū. Tā constātibus familiaris precibus cōpul-sus/protinus ad portam cucurrit. et plaustrū quod ī quiete demonstratum erat/comprehēdit. Cauponemq; ad capitale supplicium perduxit.

Capitulum octauum de miraculis.

Multa etiā īterdiu et vigilātibus acciderūt/peride ac tenebrarū somniiq; nube īuoluta Que (quia vnde manauerūt/aut qua racōe constiterint dinoscere arduū est) merito miracula vocētur. quorū e magno aceruo in primis illud occurrit. Cum apud lacum Regillum Aulus postu-mius dictator/et Tusculanorum dux Mamillius octauius magnis viribus inter se concurrerent/ac neutra acies

aliquãdiu pedẽ referret! Castor et Pollux romanarũ par=
tiũ propugnatores visi/ hostiles copias penitus fuderũt.

Item bello macedonico. P. mãcinus Reatine prefecture vir/noctu vrbẽ petens! existimauit duos iuuenes excellẽtis forme/albis equis resideẽtes/ obuios sibi factos nũciare! die qui preterierat Persã regẽ a Paulo captum. Quod cũ sena tui indicasset! tanq̃ maiestatis eius et amplitudis vano ser= mone contẽptor/in carcerẽ coniectus. Postq̃ pauli litteris illo die Persam captum apparuit! et custodia liberatus / et insuper agro ac vacatione donatus est. — de p. valerio

Astorem vero et Pollucem etiam illo tempore pro ĩpe= rio. p. r. excubuisse cognitũ est/ quo apud lacũ viturne suũ equorũq; sudorẽ abluẽtes visi sunt! iunctaq; fonti edes eorũ nullius hominum manu reserata patuit.

Sed vt ceterorũ quoq; deorũ propẽsũ huic vrbi numẽ exe quamur! triẽnio cõtinuo vexata pestillẽtia cĩtas nostra / cũ finẽ tãti et tã diuturni mali neq; dĩna misericordia neq; hu= mano auxilio ĩponi videret! cura sacerdotũ ĩspectis Sibilli= nis libris! aĩaduertit nõ aliter pristinã recuperari salubrita= tẽ posse! q̃ si ab Epidauro Esculapius esset accersitus. Itaq; eo legatis missis! vnicam fatalis remedii opem / auctoritate sua (que iam in terris erat amplissima) impetraturam se credidit. neq; eam opinio decepit. Pari namq; studio pe= titum ac promissum est presidium. E uestigioq; Epidauri/ — de pestilentia

romanorū legatos in templū Esculapii(quod ab eorū vrbe quīq3 milibus passuū distat)perductos / vt quicquid īde salubre patrie laturos se existimassēt/pro suo iure sumerent/ benignissime inuitauerūt. quorū tā prōptam īdulgentiam numē ipsius dei subsecutū / verba mortaliū celesti obsequio cōprobauit. Siquidē is anguis quē Epidauri raro sed nunq̄ sine magno ipsorū bono visū / in modū Esculapii venerati fuerūt/ per vrbis celeberrimas partes mitibus oculis et leui tractu labi cepit. Triduoq3 inter religiosā omniū ammiracōem cōspectus / haud dubiam pre se appetite clarioris sedis alacritatē ferēs ad triremē romanam perrexit. Pauentibusq3 inusitato spectaculo nautis/eo cōscendit / vbi Quinti ogulini legati tabernaculū erat. inq3 multiplicē orbem per sūmā quietem est cōuolutus. Tū legati perinde atq3 exoptate rei cōpotes / expleta gratiarū actione / cultuq3 anguis a peritis excepto/leti īde soluerūt. Ac prosperā emensi nauigationē / postq̄ anciū appulerūt/anguis qui vbiq3 ī nauigio ermāserat/ prolapsus in vestibulo edis Esculapii mirto frequēbus ramis diffuse / super eminentē excelse altitudīs palmā circūdedit. Perq3 tres dies positis quibus vesci solebat/ nō sine magno metu legatorum / ne inde ī triremen reuerti nollet / Antiensis templi hospicio vsus / vrbi se nostre ad vehendum restituit. Atq3 ī ripam Tiberis egressis legatis in insulam vbi templum dicatū est transnauit. Aduentuq3

ſuo tempeſtatem / cui remedioꝫ queſitus erat diſpulit.

NEc minus volnntarius Iunonis in vrbem noſtram tranſitus. Captis a Furio Camillo Veiis: milites iuſſu imperatoris ſimulacrum Iunonis monete / quod ibi precipua religione cultum erat / in vrbem tranſlaturi : ſede ſua mouere conabantur. Quorum ab vno per iocum / interrogata dea / an Romam migrare vellet: velle ſe reſpondit. Hac voce audita: luſus in admirationem verſus eſt. Iāq; non ſimulacrū ſed ipſam celo Iunonem petitam portare ſe credentes : leti in ea parte montis Auētini in qua nunc templum eius cernimus / collocauerunt. — de furio camillo

FOrtune etiā muliebre ſimulacrum (quod eſt latina via ad quartum miliarium / eo tempore cū ede ſua conſecratū / quo Coriolanū ab excidio vrbis materne preces repulerūt) non ſemel ſed bis locutum conſtitit. Prius hiis verbis / rite me matrone vidiſtis. rite me dedicaſtis. — de ſimulachro fortune

VAlerio autem publicola conſule / qui poſt exactos reges bellū cū Veientibus et Etruſcis geſſit: illis Tarquino priſtinum imperium reſtituere Romanis nuper partam libertatem retinere cupientibus : Etruſcis autem et Tarquinio in cornu dextro / prelio ſuperioribus : tantus terror ſubito inceſſit: vt non ſolum victores ipſi profugerent : ſed etiam pauoris ſui conſortes ſecum Veientes traherēt. Cuius rei pro argumeuto miraculum adicitur. ingens repente vox — de balerio publicola

e proxima silua! Arsia que ore Siluani i hunc pene modū missa traditur! vno plus Etrusci cadent. romanus exercitus victor abibit! miram dicti fidem / digesta numero cadauera exibuere.

De .c. fabricio

QVid Martis auxilium / quo victoriam romanorum adiuuit! nonne memoria celebrandum est? Cum Brutii atq; Lucani odio incitatissimo maximisq; viribus / Turine vrbis peterent exitium ! ac precipuo studio incolumitatem eius! .C. frabricius lucinius cōsul protegeret! resq; ancipiti euētu collatis vnū in locū vtriusq; partis copiis ingereretur! non audentibus romanis prelium ingredi ! eximie magnitudinis iuuenis primum eos hortari ad capescendam fortitudinem cepit. Deinde vbi tardiores animaduertit! arreptis scalis! per mediā hostium aciem ad contraria castra euasit! et admotis / vallum conscendit. Inde voce ingenti clamitās factum victorie gradum! et nostros ad aliena castra capiēda et Lucanos Brutiosq; ad sua defendenda illuc traxit! vbi cōferti dubio certamine terrebantur. sed idem impulsu armorum suorum / postratos hostes iugulandos capiendosq; Romanis tradidit. viginti enim milia cesa. quinq; cum Stacio statilio duce vtriusq; gentis / et tribus atq; vigīti militaribus signis capta sunt, Postero die cum consul / inter honorandos / quorum strenua opera fuerat vsus / vallarem coronā ei se seruare dixisset / aquo castra erant oppressa ! nec inueni

retur qui id premium peteret: cognitum pariter atq; creditum est Martem patrem tunc populo suo affuisse. Inter cetera huiusce rei manifesta iudicia: galea quoq; duabus distincta pinnis qua celeste caput tectum fuerat: argumentum prebuit. Itaq; Fabricii edicto supplicatio Marti est habita et a laureatis militibus magna cum animorum leticia oblati auxilii testimoniū ei est redditū.

Referam nunc quod suo seculo cognitum manauit ad posteros. penetrales deos Eneam Troia aduectos Lauinii collocasse: inde ab Ascanio filio eius Albam quam ipse condiderat translatos: pristinum sacrarium repetisse. Et quia id humana manu factum existimari poterat: relatos Albam voluntatem suam altero transitu significasse.

Nec me preterit de motu et uoce deorum immortaliū humanis oculis auribusq; percepto: quam ancipiti opinione estimatio versetur. Sed quia non noua dicūtur: sed tradita repetūtur: fidē auctores vendicēt. nostrū sit inclitis litterarū monumētis consecreta: perinde ac vana non refugisse. Facta mētione vrbis: e qua primordia ciuitas nostra traxit.

Diuus Iulius fausta proles eius se nobis offert. Quē .C. cassius (nunquam sine prefatione publici parricidii nominandus) cum acie Philippensi ardentissimo aīo perstaret: vidit humano habitu augustiorem: purpureo paludamento amictū: minaci vultu et concitato equo ī se impetū

facientem. quo aspectu perterritus / tergum hosti dedit! voce illa prius emissa! quid enim amplius agas si occidisse parum est? non occideras tu quidem Cassi cesarem. neq; enim vlla diuinitas extingui potest. Sed mortali adhuc corpore vtentē violando! meruisti vt tam infestum haberes deum.

Iam quod. L. lentulus litus prenauigans! in quo Cnei pompei magni / perfidia Ptolomei regis / interempti corpus / conscise scaphe lignis comburebatur! ignarus casus eius! cum ipsi fortune erubescendum rogum vidisset! commilitonibus dixit! Quid scimus an hac flamma Cneus pōpeius cremetur? diuinitus misse vocis miraculum est! atq; hoc quidem hominis! sed casu.

Llud tantum ore ipsius Apollinis editum! quo Apii īteritū veridica phitice vaticinacionis fides precucurrit. Is bello ciuili / quo se Cneus pompeius a cesaris concordia / pestifero sibi nec rei publice vtili consilio obruperat! euentum grauissimi motus explorarre cupiens (viribus imperii nāq; Achaie preerat) antistitem Delphice cortine in intimam sacri specus partem descendere coegit! vnde vt certe consulentibus sortes petuntur! ita nimius diuini spiritus haustus reddentibus pestifer extitit. Igitur īpulsu capti numinis / instincta virgo! horrendo sono vocis Appio inter obscuras verborū ambages fata cecinit. Nichil enim inquit ad te hor romane bellum. Euboee celam obtinebis. Ac is ratus cō=

filiis se Apollinis moneri / ne illi discrimini interesset ! in eam regionem secessit ! que inter Rhamuntha nobilē Actici soli partem / Caristumq; calcidico freto vicinam interiacens ! Cele euboee nomen obtinet. Ubi ante Pharsalicum certamen morbo cousumptus ! predictū a deo locum sepulture possedit.

POssunt et illa miraculorum loco mirari. quod deusto sacrario saliorum ! nichil in eo preter lituum Romuli ītegrū repertum est. quod Seruii tulii statua cum edes fortune cōflagrasset ! inuiolata mansit. Quod Claudie statua in vestibulo templi matris deū posita ! bis ea ede incendio consūpta prius nasica. P. scipione et. L. bestia. itē. M. seruilio Lucio lamia consulibus ! in sua basi flammis intacta stetit.

Liquid ammirationis ciuitati nostre Atilii etiam auiole regus attulit. qui et a medicis et a domesticis mortuus creditus ! cum aliquandiu humi iacuisset ! elatus / postq̄ corpus eius ignis corripuit ! viuere se proclamauit. auxiliumq; pedagogi sui (nam is solus ibi remanserat) inuocauit. sed iam flammis circundatus ! fato subtrahi non potuit.

Lucio quoq; Lamie pretorio viro ! eque vocē fuisse super rogum constitit.

Ve minus admirabilia pheretris Pamphili casus facit. quem Plato scribit inter eos qui in aciem ceciderant ! decem diebus iacuisse. biduoq; postq̄ inde sublatus esset ! impositū

II

rogo reuixiſſe . ac mira quedam tempore mortis viſa nar=
raſſe.

ET quoniam ad externa tranſgreſſi ſumus/ quidā Athe=
nis vir eruditiſſimus/cum ictum lapidis capite excepiſſet/
cetera omnia tenaciſſima memoria retinens/litterarum tā=
tummodo(quibus precipue inſeruierat)oblitus eſt. dirum
malignumqꝫ vulnus in animo percuſſi / quaſi de induſtria
ſcrutatis ſenſibus/in eum potiſſimum quo maxime letaba=
tur/acerbitate nocendi erupit/ſingularem doctrinam homi
nis pleno inuidie funere efferendo. Cui ſi talibus ſtudiis
perfrui fas non erat/ vtilius aliquanto fuit ad illa additum
non impetraſſe/ quā iam percepta eorū dulcedine caruiſſe.

de nauſimenis vxore

Iſerabilior tamen ſequentis caſus narratio. Nauſime=
nis enim Athenienſis vxor/ cum filii ac filie ſtupro inter=
ueniſſet/ inopinati monſtri perculſa conſpectu/ et in preſēs
tempus ad indignandum/ et impoſterum ad loquēdum ob=
mutuit. illi nefarium concubitum voluntaria morte penſa
runt. Hoc modo fortuna ſeuiens/huic vocem/his vitā ade=
mit. illo propicia donat.

de egle ſamio

Egles Samius/athleta mutus/ cū ei victorie quā adep=
tus erat/titulus et premium eriperetur/ indignatione accē=
ſus/vocalis euaſit.

de gorgia epirota

Orgie quoqꝫ epirote/fortis et clari viri origo. quod in
funere matris ſue vtero elapſus/ īopinato vagitu ſuo lectū

ferentes consistere coegit. nouumq; spectaculum patrie pre buit. non tantum ex ipso genitricis rogo lucem / sed et cu= nas assecutus. Eodem enim momento temporis altera iam fato functa periit / alter ante elatus / q̃ natus est.

D Iuine fortune vulnus Phedreo Iasoni / exitii eius cupi dus intulit. Nam cum inter insidias gladio eū percussisset / vomicam que a nullo medicorum sanari potuerat / ita rupit vt hominem pestifero malo liberaret. De quodam iasone

Ve diis immortalibus acceptus Simonides. cuius sa= lus ab imminenti exitio defensa / ruine quoq; subtracta est. Cenanti enim apud Scopam Gramona quod est in Thesa= lia opidum / nuntiatum est duos iuuenes ad ianuam veisse / magnopere rogantes / vt ad eos cōtinuo prodiret. Ad quos egressus / neminem reperiit ibi. ceterum eo momento tem= poris triclinium in quo Scopas epulabatur colapsū / et ipsū et omnes conuiuas oppressit. Quid hac felicitate locuple= tius / quā nec mare nec terrra seuiens extinguere valuit? De simonide

N On inuitus huic subnecto Daphanitem / ne quis igno= ret quantū interfuerit cecinisse deorum laudes / et numen obtrectasse. Hic cum eius studii esset cuius professores so= phiste vocantur / inepte et mordacis opinacōnis Apollinem Delphis irridendi causa consuluit / an equum inuenire pos set / cum omnino nullum habuisset. Cuius ex oraculo red= dita vox ē / inuenturū equū / sed vt eo perturbatus periret De daphida

LI

Inde cum iocabundus quasi delusa sacrarum sortium fide reuerteretur/incidit i regem Attalum sepenumero a se cõtumeliosis dictis absentem lacessitum. eiusq iussu/saxo cui nomen erat equi precipitatus/ ad deos vsq cauillandos dementis anime iusta supplicia pependit.

de rege philippo

EOdem oraculo Macedonum Philippus rex ammonitus vt a quadrige violentia/salutẽ suam custodiret/ toto regno disiungi currus iussit. eumq locum qui in boetia quadriga vocatur semper vitauit. nec tamẽ denunciatum periculi genus effugit. Nam Pausonias in capulo gladii quo eũ occidit/quadrigam habuit celatam. Que tam pertinax necessitas in patre/filio Alexandro consimilis apparuit.

de callano

Iquidẽ Callanus Indus sua spõte se ardẽti rogo superiecturus/ interpellatus ab eo quid aut mandaret aut dicere vellet/breui te inquit videbo. nec id sine causa. Quia voluntarium eius e vita excessum/ rabida mors Alexandri subsecuta est.

de quodam remige

REgios interitus/ magnitudine miraculi Remigis casus equat/quem in dextro latere triere Tyriorũ sentinam haurientem/ cum e naui fluctus abiecisset/altero latere repercussum contrarius fluctus in nauim retulit. Itaq miseri simul ac felicis complorationi permixta fuit gratulatio.

de prusia filio regis bithynie

Vuid? illa nonne ludibria nature in corporibus hũanis fuisse credenda sunt? Tolerabilia quedem/ quia seuicia ta=

cuerūt. ceterū et ipsa miraculis adnumeranda. Nā et Prusie regis Bithinie filius eodē noīe quo pater / pro superiore ordīe dentiū vnū os equaliter extensū habuit. nec ad speciē deforme / neq; ad vsū vlla ex parte incommodum.

Mitridatis vero regis filia Direptine Laodice regina / nata duplici ordine dentium deformi admodum / comes fuge patris a Pompeio deuicti fuit.

Ec illius quidem parue ammirationis oculi / quem constat tam certa acie luminum vsum esse / vt a Lilybeo portu Cartaginentium egredientes classes intueretur.

OCulis eius āmirabilius Aristomenis meseni cor. quod Athenieses ob eximiā calliditatē exsectū / pilis refertū inuenerūt / cū eū aliquotiēs captū et astucia elapsum / cepissent.

T poeta Antipater sydonius omnibus annis vno tantū modo die quo genitus erat / febri implicabatur. Cumq; ad vltimam etatem peruenisset / natali suo certo illo circuitu morbi consumptus est.

HOc loco apte referuntur. Polystratus et Hyppoclides philosophi eodē die nati / eiusdē preceptoris epicuri sectā secuti. patrimonii etiā possidendi / alendeq; scole cōmunione coniuncti. Eodemq; momento temporis vltima senectute extincti. Tam equalem fortune pariter atq; amicitie societatem / quis non ipsius celestis concordie sinu genitā / nutritam atq; finitam putet?

II

QVapropter hec potissimū aut in libris potissimorum regum! aut in rege clarissimo! aut in vate ingenii florentis! aut in viris eruditissimis! aut in homine sortis ignote! ne ipsa quidem omnis bone maleq; materie fecunda artifex rationem rerum natura reddiderit! nō magis! q̄ qui ita silvestres capreas Crete genitas tantopere dilexerit! quas sagittis confixas ad salutare auxilium herbe diptami quasi suis manibus deducit, efficitq; vt concepta ea! continuo et tela et vim veneni vulneribus respuant. Aut in Cephalania īsula cum omnia vbiq; pecora vsu aque quotidie recreētur! ea pecudes maiore ex parte anni/ore aperto ex alto ventos recipientes! sitim suam sedare instituerit. aut quapropter Crotone in templo Iunonis lacinie aram ad omnes ventos immobili cinere donauerit potissimum. vel quare alteram in Macedonia! alteram in Caleno agro aquam proprietatē vini/qua homines inebrientur/possidere voluerit.

On admiratione ista! sed memoria prosequi debemus. cum sciamus recte ab ea plurimum licentie vīdicari! penes quam infinitus cuncta gignendi labor consistit. Que quia supra vsitatam rationem excedentia attigimus! serpentis quoq; a Tito liuio curiose pariter ac facunde relata fiat mētio. Is enim ait in affrica apud Bagrada flumen tante magnitudinis fuisse anguem! vt Atilii reguli exercitum vsu amnis prohiberet. multisq; militibus ingēti ore correptis!

De mirabili magnitudine et longitudine serpentis

compluribus caude voluminibus eliſis cum telorum iactu perforari nequiret / ad vltimum baliſtarum tormentis vndiq; petitam / ſilicum crebris et pōderoſis verberibus procubuiſſe. omnibuſq; et cohortibus et legionibus ipſa Cartagine viſam terribiliorem / atq; etiam cruore ſuo gurgitibus imbutis. corporiſq; iacentis peſtifero afflatu / vicina regione polluta / Romana inde ſūmouiſſe caſtra / Dicit belue corium centum et viginti pedum longum in vrbem miſſū.

Valerii maximi Liber primus deſinit.

Tituli ſecundi libri.

De Inſtitutis antiquis. Ca. primum. De diſciplina militari. Ca. ſecundum. De Iure triumphandi. Ca. tercium. De cenſoria nota. Ca. quartum. De maieſtate. Ca. quintum.

Ca. primū. De inſtitutis antiquis.

Iues et prepotens nature regimen ſcrutatus / iniciam ſtilum tam noſtre vrbis quā ceterarū gentium priſcis ac memorabilibus inſtitutis. Opus eſt enim cognoſci huiuſce vite (quam ſub optīo prin

cipe felicem agimus) que nã fuerint elemẽta / v t eorũ quoq; respectus aliquid presentibus moribus prosit.

Pud antiquos nõ solũ publice / sed etiã priuati nichil gerebatur / nisi auspicio prius sumpto. Quo ex more nupciis etiã nũc auspices interponũtur. Qui quamuis auspicia petere desierint / ipso tamẽ noĩe veteris mansuetudĩs vestigia vsurpantur. femĩe cũ viris cubantibus sedentes cenitabant. Que consuetudo ex hominũ conuictu ad dĩna penetrauit / Nã Iouis epulo ipse ĩ lectulũ / Iuno et Minerua ĩ cellas ad cenã ĩuitabãtur. Quod genus seueritatis etas nostra diligentius in capitolio / q̃ in suis domibus conseruat. videlicet quia magis ad rẽ pertinet dearũ q̃ mulierũ disciplina cõtineri / que vno contente matrimonio fuerãt / corona pudicicie honorabãtur. Existimabãt enĩ eũ precipue matrone sincera fide incorruptum esse animum / qui deposite virginitatis cubile in publicum egredi nesciret. Multorum matrimoniorum experientiam quasi legittime cuiusdam ĩtemperantie signum esse credentes.

Repudiũ inter vxorẽ et virũ / a condita vrbe vsq; ad cẽtesimũ et quĩquagesimũ annũ nullũ ĩtercessit. Primus autem Spurius carbilius vxorẽ sterilitatis cã dimisit. Qui quãq̃ tolerabili ratione motus videbatur. reprehensione tamẽ nõ caruit. quia nec cupiditatem quidẽ liberorũ / coniugali fidei

preponi debuisse arbitrabantur. Sed quo matronale decus verecundie munimento tutius esset: in ius vocari matronā corpusq; eius attingere non permiserunt: vt stola aliene manus tactu inuiolata relinqueretur.

Uini vsus oli Romanis feis ignotus fuit: ne scilicet ī aliquod dedecus prolaberētur. Quia proximus a Libero patre intēperātie grādus: ad incōcessā venerē esse consueuit. Ceterum vt non tristis earū et horrida pudicicia: sed et honesto comitatis genere temperata esset: Indulgentibus nāq; maritis: et auro abundāti: et multa purpura vse sunt. quo formā suā conciniorē efficerent: sūma cū diligētia capillos cinere rutilarūt. Nulli enī tūc subsessorū alienorū matrimoniorum oculi metuebātur. sed pariter et videre sancte et aspici mutuo pudore custodiebātur. Quotiēs vero iter virum et vxorē aliquid iurgii intercesserat: in sacellū dee Viri place quod est in palacio veniebāt. et ibi inuicem locuti que voluerant: contentione animorū deposita: concordes reuertebātur. Dea nomē hoc a placandis viris fertur assecuta. Veneranda quidē et nescio an precipuis: sed exquisitis sacrificiis colenda: vtpote quotidiane ac domestice pacis custos: īpari iugo caritatis ipsa sui appellatione virorum maiestati debitum ac feminis reddens honorem.

Huiusmodi inter coniuges verecūdia / quid? inter ceteras necessitudines nonne apparet consentanea? Nam vt mini-

II

Pudicitia

mo indicio per maximam vim eius ſignificem / aliquādiu nec pater cum filio pubere / nec ſocer cum genero lauabatur. Manifeſtum igitur eſt tantum religionis ſanguini et affinitati / quantum ipſis diis immortalibus tributū / quia inter iſta tā ſancta vincula non magis ꝙ in aliquo ſacrato loco nudare ſe nefas eſſe credebatur.

Conuiuium caristia appellatum

Conuiuium etiam ſolemne maiores inſtituerunt. idqꝫ cariſtiam appellauerunt. cui preter cognatos et affines nemo interponebatur / vt ſi qua inter neceſſarias perſonas querela eſſet orta / apud ſacra menſe / et inter hylaritatem animorum / et factoribus concordie adhibitis / toleretur.

Senectutem iuuentus honorat

Senectuti iuuentus ita cumulatū et circūſpectū honorē reddebat / tāꝙ maiores natu adoleſcentiū communes patres eſſent. quo circa iuuenes ſenatus die / vtiqꝫ aliquē ex patribus conſcriptis / aut propīquū / aut paternū amicū ad curiā deducebāt. affixiqꝫ valuis expectabāt / donec redeūdi etiā officio fūgerentur. Quaquidē volūtaria ſtatione et corpora et animos ad publica officia impigre ſuſtinēda roborabāt. Breuiqꝫ proceſſu morarum in lucem virtutum ſuarum / verecunda laboris meditatione ipſi ductores erant. Inuitati ad cenam diligenter querebant / quinam ei conuiuio eſſēt interfuturi / ne ſenioris aduentus diſcubitu precurrerent. Sublataqꝫ menſa / priores conſurgere et abire patiebantur. Ex quibus apparet cene quoqꝫ tempore quam

De Institutis antiquis

I

parco et quā modesto sermōe his presentibus soliti sūt vti.

MAiores natu in conuiuiis ad tibias egregia superiorum opera carmine comprehensa pangebant / quo ad ea imitanda virtutem alacriorem redderent. Quid hoc splendidius? quid etiam vtilius certamine? Pubertas canis suum decus reddebat. Defuncta viriū cursu etas ingrediētes actuosam vitam / fauoris nutrimentis prosequebatur.

Communiter

Vas Athenas / quā scolā / que alienigena studia / huic domestice discipline pretulerī? Inde oriebātur Camilli / Sciçiones / Fabricii / Marcelli / Fabii / Ac ne sigula īperii nostri lumīa simul percurrendo sim lōgior / inde inquā celi clarissima pars diui fulserunt cesares. Adeo aūt magna caritate patrie tenebātur / vt archana cōsilia patrum conscriptorum multis seculis nemo senator enunciauerit.

Scola Atheniensium

QVintus fabius maximus tantummodo et is ipse per imprudentiam / de tertio punico bello in dicendo quod secreto in curia erat actum. P. crasso rus petens / domum reuertenti in itinere narrauit. memor eum triennio ante questorem factum ignarus nōdum a censoribus in ordinem senatoriū allectum. Quo vno modo / etiam his qui iam honores gesserant / aditus in curiā dabatur. Sed q̄uis honestus error Fabii esset / vehementer tamen a consulibus obiurgatus ē. Nunquam enim taciturnitatem optimū ac tutissimum administrandarum rerum vinculum / labefectari volebant.

Q. Fabius

Taciturnitas optima

II

Ergo cum Aſie rex Eumenes amantiſſimus noſtre vrbis/bellum a Perſe aduerſus.p.r.comparari ſenatui nunciaſſet/non ante ſciri potuit quid aut ille locutus eſſet/ aut patres reſpondiſſent/ꝙ captum Perſen cognitum eſt.

Idum erat et altum rei publice pectus curia/ ſilentiiꝗ ſalubritate munitū/et vallatum vndiꝗ/Cuius limen ītrantes/abiecta priuata caritate/publicam induebant.Itaꝗ non dicam vnum/ſed neminem audiſſe crederes/quid tā multorum auribus fuerat commiſſum.

Magiſtratus vero priſci quantopere ſuam populiꝗ Romani maieſtatem retinentes ſe geſſerunt/hinc cognoſci poteſt/quod inter cetera obtinēde grauitatis indicia/illud quoꝗ magna cum perſeuerantia cuſtodiebāt/ ne Grecis vnquā niſi latine reſponſa darent. Quinetiam ipſa lingue volubilitate qua plurimum valent excuſſa/per interpretem loqui cogebant. non in vrbe tantum noſtra / ſed etiam in Grecia et Aſia. Quo ſcilicet latine vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur.Nec illis deerant ſtudia doctrine. ſed nulla non in re pallium toge ſubici debere arbitrabantur.indignum eſſe exiſtimantes. illecebris et ſuauitati litterarum imperii pondus et auctoritatem domari.

Quapropter non es damnandus ruſtici rigoris crimine/ .C.a.mari quia gemina lauri coronatam ſenectutem tuam Numidicis et Germanicis illuſtrem tropheis / victor

De Inst. Anti.

I

deuicte gẽtis! facundia politiorem fieri noluisti! Credo ne alienigena ingenii exercitacione! patrii ritus seruus et trãsfuga existeres.

QVis ergo huic consuetudini quã nunc Grecis actionibus aures curie exurdantur/ianuam patefecit? Vt opinor Molo rethor/ qui studia. M. ciceronis acuit. eum nãq; ante omnes exterarum gentium in senatu sine interprete auditum constat. Quem honorem non immerito cepit quoniam summã vim Romane eloquentie adiuuerat. cõspicue felicitatis Arpinatem vnicum! siue litterarum gloriosissimum concentorem/siue abundantissimum fontem intueri velis.

Axĩa aũt diligẽtia maiores hũc morẽ retinuerũt/ne quis se ĩter consulẽ et proximũ littorẽ (quãuis officii cã vna progrederetur) ĩterponeret. filio dũtaxat et ei puero ante patrẽ cõsulẽ ambulãdi ius erat. Qui mos adeo pertinaciter retentus est/ut que Fabius maximus quĩquies cõsul/vir etiã pridem summe auctoritatis! et tunc vltime senectutis a filio consule inuitatus! vt inter se et lictorem procederet! ne hostium Sãnitiũ turba ad quorũ colloquiũ descendebãt! elideretur! facere id noluerit. Idem a senatu legatus ad filium consulem Suessam missus! postq̃ animaduertit eũ ad officium suum extra menia oppidi processisse/ĩdignatus quoq; quod ex duodecĩ littoribus / nemo se equo descẽdere iussisset/plenus ire sedere perseuerauit. quod cũ filius sensisset/

proximo lictori vt sibi appareret imperauit. Cuius voci cō- tinuo Fabius obsecutus / non ego inquit fili sūmum īperiū tuū contempsi / sed experiri volui an scires consulē agere. Nec ignoro quid patrie venerationi debeatur. verum publica instituta priuata pietate potiora iudico.

Relatis. Q. fabii laudibus / offerunt se mirifice constantie viri / qui legati a senatu Tarentum ad res petendas missi / cū grauissimas ibi iniurias accepissent / vnus etiā vrina res persus esset / in theatrū vt est consuetudo grecie ītroducti / legationem quibus acceperāt verbis peregerūt. de his que passi erāt questi nō sunt. ne quid vt vltra ac mandatū esset / loquerentur. Intimisq; pectoribus eorū antiqui moris respectus / dolore qui ex contumelia grauissimus sentitur / cō- uelli non potuit. Finem profecto fruendarū opum quibus ad inuidiam diu abundaueras / Tarentina ciuitas quesisti. Nam dum horride virtutis in seipsum connexū stabilimē- tū / nitore fortune presentis inflata fastidiose estimas / ī pre- ualidū imperii nostri mucronē ceca et amēs irruisti.

Sed vt a luxu perditis moribus ad serenissima maiorum instituta trasgrediar / antea senatus assiduam stationem eo loci peragebat. qui hodie senatulum appellatur. Nec expec- tabat vt edicto contraheretur. Sed inde citatus / protinus in curiam veniebat. ambigue laudis ciuem existimans / qui debitis rei publice officiis non sua sponte / sed iussus

Mo... [handwritten margin note]

fungeretur: quia quicquid imperio cogitur: exigēti magis q̄ prestanti acceptum refertur.

Illud quoqꝫ memoria repetendum est: quod. tr. pl. ītrare curiam non licebat: ante valuas autē positis subseliis: decreta patrum attentissima cura examinabant. vt si qua ex eis īprobassent rata esse non sinerēt. Itaqꝫ veteribus se. consultis. T. littera subscribi solebat. eaqꝫ nota subsignificabatur: illa tribunos quoqꝫ sensuisse. qui quamuis pro comodis plebis excubabant: inqꝫ imperiis compescendis occupati erant: instrui tamen ea argenteis vasis et annulis aureis publice prebitis patiebantur: quod talium rerū vsu auctoritas magistratuum esset ornatior. Quorum quemadmodum maiestas āplificabatur: ita abstinentia artissime constringebatur Immolatarū enim ab his hostiarū exta ad questores erarii delata veniebant. sacrificiisqꝫ patrum tum deorum īmortalium cultus: tum etiam hominum continentia inerat. īperatoribus nostris quā sanctas manus habere deberent: apud ista altaria discentibus: contientieqꝫ tantum tribuebatur: vt multorū es alienū (quia prouīcias sincere āministrauerant) a senatu persolutū sit. Nā quorū opera publicā auctoritatē splendorē suū procul obtinuisse viderant: eorū dignitatem domi collabi īdignum: sibiqꝫ deforme esse arbitrabantur.

EQuestris ordinis iuuentus omnibus annis bis vrbem speculo sui sub magnis auctoribus celebrabat. Lupercaliū

enim mos a Romulo et Remo inchoatus est. tunc cum leticia exultantes quod his auus Numitor rex Albanorum eo loco vbi educati erant! vrbem cōdere permiserat: sub mōte palatino hortatu Faustuli educatoris sui. quem euander argis cōsecrauerat. facto sacrificio cesisq; capris! epularum hylaritate ac vino largiore prouecti! diuisa pastorali turba! cincti obuios pellibus immolatarum hostiarum iocātes petiuerunt. Cuius hylaritatis memoria annuo circuitu feriarum repetitur.

Trabeatos vero equites idibus Iulii. Q. fabius trāsuehi instituit. Idem censor cum. P. decio sedicionis finiende gratia (quia comicia in humilimi cuiusq; potestatem redacta acciderant) omnem forensem turbam in quatuor tantūmodo tribus descripsit. easq; vrbanas appellauit. Quo tam salubri facto vir alioquī bellicis operibus excellēs! maximus cognominatus est.

Laudanda etiam populi verecundia est. qui impigre se laboribus et periculis militie offerendo! dabat operam! ne imperatoribus Capitecensos sacramento rogare esset necesse. quorum nimia inopia suspecta erat. Ideoq; his publica arma non committebant.

Sed hanc diutina vsurpatione formatam consuetudinem! C. Marius Capitecensum legendo militem! abrupit. ciuis alioquim magnificus! sed nouitatis sue conscientia!

vetuſtati non ſane propicius. memorq; ſi militaris ignauia humilitatem ſpernere perſeueraret/ſe a maligno virtutum interprete velut cenſumcapite imperatorem cōpellari poſſe. Itaq; faſtidioſum delectus genus in exercitibus Romanis oblitterandum duxit. ne talis note contagio / ad ipſius quoq; glorie ſugillationem penetraret.

ARmorum tractandorum meditacio a. P. rutillio conſule. Cn. manlii collega/militibus eſt tradita. Is enim nullius ante ſe īperatoris exemplum ſecutus. ex ludo. Ca. aurelii ſcauri/doctoribus gladiatorum arceſſitis / vitandi atq; inferendi ictus ſubtiliorem rationem legibus ingenerauit. virtutemq; arti/et rurſus artem virtuti miſcuit/ Vt illa impetu huius fortior/hec illius ſcientia cautior fieret.

Velitium vſus eo bello primum repertus eſt/quo Capuā Fuluius flaccus imperator obſedit. Nam cū equitatui Campanorum crebris excurſatibus equites noſtri (quia numero pauciores erant) reſiſtere non poſſent/ Q. neuius centurio e peditibus lectos expediti corporis / breuibus et incuruis ſeptenis armatos haſtis / paruo tegmine munitos / veloci ſaltu iungere ſe equitibus/et rurſus celeri motu dilabi īſtituit. Quo facilius equeſtri prelio ſubiecti pedites / viros pariter atq; equos hoſtiū telis inceſſerent. Eaq; nouitas pugne vnicum campane perfidie debilitauit auxilium. Ideoq; auctori eius Neuio/honos adhuc eſt habitus.

II

Theatra

PRoximis militaribus inſtitutis ad vrbana caſtra id eſt
theatra gradus faciendus eſt . quoniam hec quoqꝫ ſepenu=
mero animoſas acies inſtruxerunt. Excogitataqꝫ cultus deo
rum/ et hominum delectacionis/ cauſa. non ſine aliquo pa=
cis rubore voluptatem et religionem ciuili ſanguine Sceni
corum portentorum gratia macularunt. Que inchoata qui
dem ſunt a Meſſala et Caſſio cenſoribus. Ceterum auctore
.P. ſcipione naſcica/ omnem apparatum operis eorum ſub
iectum haſte venire placuit. atqꝫ etiam ſenatus cõſulto cau=
tum eſt/ ne quis in vrbe propius ve paſſus mille ſubſellia
poſuiſſet. ſedens ne ludos ſpectare vellet. Vt ſcilicet remiſ=
ſioni animorum ſtandi virilitas propria Romane gẽtis no=
ta eſſet. Per quingentos autem et quinquaginta et octo an
nos/ ſenatus populo mixtus/ ſpectaculo ludorum ĩterfuit.
Sed hunc morem Atilius ſeranus et. L. ſcribonius ediles/
ludos Matrideum facientes/ poſterioris Affricani ſententiā
ſecuti/ diſcretis ſenatus et populi locis ſoluerunt. Eaqꝫ res
auertit vulgi animum/ et fauorem Scipionis/ magnopere
caſſauit.

Inſtitutio ludorum cauſa

Vnc cauſam inſtituẽdorum ludorum ab origine ſua re=
petam/ C. ſulpicio betico. Ca. licinio ſcolone conſulibus/ in
toleranda vis orte peſtilentie ciuitatem noſtram a bellicoſis
operibus reuocatam/ domeſtici atqꝫ inteſtini mali cura affli
xerat. Iamqꝫ plus inexquiſito et nouo cultu religionis/ quā

in vllo humano consilio positum opis videbatur. Itaq; placandi celestis numinis gratia compositis carminibus vacuas aures prebuit. ad id tempus circensi spectaculo contenta quod primus Romulus raptis virginibus Sabinis/ cōsualium nomine celebrauit. Verum vt est mos hominum paruula initia pertinaci studio prosequendi/ venerabilibus erga deos verbis/iuuentus rudi atq; incomposito motu corporum iocabunda gestus adiecit. eaq; res ludium ex Etruria arcessendi causam dedit. cuius decora pernicitas vetusto ex more Curetum Lidorumq;(a quibus tusci originem traxerunt)nouitate grata Romanorum oculos permulsit. Et qz ludius apud eos hystrio appellabatur/Scenico nomē hystrionis inditum est. Paulatim deinde ludicra ars ad Satyrarū modos perrexit. a quibus primus omnium poeta Liuius ad fabularum argumenta spectantium animos transtulit. Isq; sui operis auctor/cum sepius a populo reuocatus vocē obtudisset/adhibito pueri ac tybicinis concentu/gesticulatōnem tacitus peregit.

ATtellani autem ab Oscis acciti sunt. Quod genus delectationis Italica seruitute temperatum/ideo vacuū nota est. Nam neq; tribu mouetur / nec a militaribus stipendiis repellitur/Et quia ceteri ludi ipsis appellationibus vnde trahantur apparet / non absurdum videtur secularibus iniciū suum(cuius generis minus trita noticia est)reddere.

Vm ingenti pestilentia vrbs agriq; vastarentur / Valesius vir locuplex rustice vite ! duobus filiis et filia ad desperationem vsq; medicorum laborantibus ! aquam calidã his a foco petens / genibus nixis / lares familiares vt puerorũ periculum in ipsius caput transferrent orauit. Orta deinde vox est ! habiturum eos saluos ! si continuo flumine Tiberi deuectos Tarentum portasset. Ibiq; ex Ditis patris et Proserpine ara petita aqua ! recreasset. Eo predicto magnopere confusus ! quod et lõga et periculosa nauigatio imperabatur spe tamen dubia presentem metum vincente ! pueros ad ripam Tiberis protinus detulit. Habitabat enim in villa sua propter vicinũ Sabine regionis fretum. ac lyntre osciã petens ! nocte concubia ad Marcium campum appulit. sitientibusq; egris succurrere cupiens ! igne in nauigio nõ suppetente ! ex gubernatore cognoscit haud procul apparere fumũ. et ab eo iussus egredi Tarentum (id nomen ei loco est) cupide arrepto calice ! aquam flumine haustam eo / vnde fumus erat ob ortus ! iam letior pertulit. diuinitus dati remedii quasi vestigia quedã in propinquo nactum se existimãs. Inq; solo magis fumante ! q̃ vllas ignis habente reliquias dum tenatius omen apprehendit ! contractis leuibus que et fors obtulerat nutrimẽtis ! pertinaci spiritu flammam euomuit. Calefactamq; aquam pueris bibendam dedit. qua potata ! salutari quiete sopiti / diutina vi morbi repẽte sũt libe=

rati. Patriqꝫ indicauerunt/ vidiſſe ſe ĩ ſomniis a neſcio quo deorũ ſpõgea corpora ſua pertergi. et precipi vt ad ditis pa tris et Proſerpine aram aqua fuerat potio ipſis allata/ fur ne hoſtie immolarentur. lectiſterniaqꝫ et ludi nocturni fie rent. iſqꝫ eo loci nullam aram viderat/ deſiderari credens vt a ſe conſtitueretur/ aram empturus in vrbem perrexit/ re= lictis qui fundamentorum conſtituẽdorum gratia/ terram ad ſolidum foderent. hi domini imperium exequentes/ cũ ad viginti pedum altitudinem humo egeſta perueniſſent/ animaduerterunt aram Diti patri Proſerpineqꝫ inſcriptam Hoc poſtq̃ valeſius nunciante ſeruo accepit/ omiſſo emen= de are propoſito/ hoſtias nigras (que antiquitus furne dice bantur) Tarenti immolauit. ludoſqꝫ et lectiſternia cõtinuis tribus noctibus (quia totidẽ filii periculo liberati erant) fe= cit. Cuius exẽplum Valerius publicola qui primus conſul fuit/ ſtudio ſuccurrendi ciuibus ſecutus/ apud eandẽ arã pu blice nuncupatis votis/ ceſiſqꝫ atris bobus Diti maribus feminis Proſerpine/ lectiſternioqꝫ ac ludis trinoctio factis aram terra vt ante fuerat obruit. Religionem ludorum cre ſcentibus operibus ſecuta leticia eſt.

EIus inſtinctu. Q. catulus campanam imitatus luxuriã/ primus ſpectantium conſeſſum velorum vmbraculis texit

Neus pompeius ante omnes aque per ſemitas decurſu/ eſtiuum minuit feruorem.

CLaudius lucius pulcher ſcenam varietate colorum adū=
brauit/vacuis ante picturam tabulis extentam. Quam to=
tam argento.C.antonius/auro petreius/ebore.Q.Catu=
lus/ pretexuit. Verſatilem fecerunt Lucani.argentatis co=
ragiis.P. lentulus ſpinter adornauit. Tranſlatum antea
punicis indutum tunicis.M.ſcaurus/exquiſito genere ve=
ſtis cultum induxit.

Am gladiatorium munus primum Rome datum eſt in
foro boario/Appio claudio.Q. fuluio conſulibus. dederūt
M.et.Dr.filii Bruti funebri memoria patris cineres hono
rando.

AThletarum certamen a.M.ſcauri tractum eſt muni=
ficentia.

Tatuā auratā nec in vrbe nec in vlla parte Italie quiſq̄
prius aſpexit/quam a.M.atilio gabione equeſtris patri po
neretur in edem pietatis. Eam autem edem.P. Cornelio
Lentulo.M.bebio pamphilo conſulibus / ipſe dedicauerat
compos voti factus/rege Anthiocho apud termophilas ſu
perato.

IVs ciuile per multa ſecula inter ſacra cerimoniaſq; deo=
rum immortalium abditum/ſoliſq; pontificibus notū/Cn.
Flauius libertino patre genitus/et ſcriba / cum ingenti no=
bilitatis indignatione factus edilis curulis / vulgauit. Ac
faſtos pene toto foro expoſuit. Qui cum ad viſendū egrū

collegam suum veniret/neq; a nobilibus (quorum frequẽtia cubiculum erat completum)sedendi loco reciperetur/sellam curulem afferri iussit.et in ea honoris pariter atq; cõtemptus sui vindex consedit.

VEneficii questio et moribus et legibus romanis ignota/ complurium matronarum patefacto scelere orta est . Que cum viros suos clamdestinis insidiis veneno perimerent/ vnius ancille indicio protracte/pars capitali iudicio damnate/centum et septuaginta numerum expleuerunt.

Matronae ... ob viros ...

Tibicinum quoq; collegium solet in foro vulgi oculos in se conuertere/cum inter publicas priuatasq; ferias actiones personis tecto capite/variaq; veste velatis/cõcentus edidit . Inde tracta licencia quondam vetiti in ede Iouis(quod prisco more factitauerat)vesci. Tibur irati se cõtulerunt. Quorum ministerio senatus deserta sacra nõ equo animo ferẽs per legatos a Tiburtibus petit/vt eos gratia sua Romanis templis restituerent. Quos illi in proposito perseuerantes interposita feste epulationis simulatione/mero somnoq; sopitos/plaustris in vrbem deuehendos curauerũt. Quibus et honos pristinus restitutus/et huiusce lusus vis est datũ

Tibicinum Collegium

PErsonarũ vsus pudorẽ circũuente temulẽtie cãm habet.

Vit etiã illa simplicitas antiquorum in cibo capiendo/ humanitatis simul et continentie certissima index. Nã maximis viris prandere et cenare in propatulo verecundie nõ

Simplicitas in cibo

erat. Nec ſane vllas epulas habebāt: quas populi oculis ſub
icere erubeſcerent. erant adeo continētie attenti: vt frequē-
tior apud eos pultis vſus q̄ panis eſſet. ideoq; in ſacrificiis
mola que vocabatur: ex farre et ſale conſtat. Exta farre ſpar
guntur. Et pullis quibus auſpicia petuntur: puls obicitur.
Primitus enim ex libamentis victus ſui/ deos eo efficacius
quo ſimplicius placabant.

Febris Honor

T ceteros quidem ad benefaciendum venerabantur: fe-
brem autem ad minus nocendum/ templis colebant. Quo-
rum adhuc vnum in palacia: alterum in area Marianorum
monumentorum: tercium in ſumma parte vici lōgi extat.
In eaq; remedia que corporibus egrorum annexa fuerant/
deferebantur. hec ad humane mentis eſtus leniendos/ cum
aliqua vſus ratione excogitata. Ceterum ſalubritatem ſuā
induſtrie certiſſimo monumento ac fideliſſimo tuebantur.
boneq; valitudinis eorum quaſi quedam mater erat frugili
tas: inimica luxurioſis epulis. et aliena nimie vini habundā
tie. et ab immoderato veneris vſu auerſa.

Spartana Civitas

IDem ſenſit proxima maiorū noſtrorum grauitati Spar
tana ciuitas. que ſeueriſſimis Ligurgi legibus obtemperās
aliquandiu ciuium ſuorum oculos a contemplanda Aſia re
traxit: ne illecebris eius capti/ ad delicatius vite genus pro-
laberentur. Audierant enim inde leticiam/ et īmodicos ſūp
tus/ et omnia non neceſſarie voluptatis genera fluxiſſe.

Primosq; Ionas vnguenti/coronarūq; in conuiuio dandarum/et secunde mense ponende consuetudinem/haud parua luxurie irritamenta/repperisse/Ac minime mirum est/quod homines labore ac paciencia gaudentes/ tenacissimos patrie neruos externarum deliciarum contagione/ solui et hebetari noluerunt/ Cum aliquanto faciliorem virtutis ad luxuriam/q̄ luxurie ad virtutem transitum videret. Quod eos non frustra timuisse. dux ipsorum Pausonias patefecit Qui maximis operibus editis/vt primum se Asie moribus permisit/fortitudinem suam effeminato eius cultu mollire non erubuit.

EIusdem ciuitatis exercitus non ante ad dimicandum descendere solebat/quā tibie concentu / et anapesti pedis modulo/cohortacōnis calorem animo traxissent / vegeto et crebro ictus sono/strennue hostem inuadere ammoniti.

IDem ad dissimulandum et occultandum vulnerum suorum cruorem/punicis in prelio tunicis vtebantur. Nō/ne ipsis eorum aspectus terrorem/sed ne hostibus fiducie aliquid afferret.

EGregios virtutis bellice spiritus Lacedemoniorū/prudentissimi pacis moribus Athenienses subsequūtur. apud quos inercia e latebris suis lāguore marcens/in forum(perinde ac ob delictum aliquod)protrahitur. fitq; vt facinorose ita erubescende rea culpe.

Eiusdem vrbis et sanctissimū consilium Ariopagus/quid quisq; Atheniensiū ageret/aut quonā questu sustentaretur diligentissime inquirere solebat/vt homines honestatē vite rationem memores reddendam esse sequerentur.

Eadem bonos ciues corona decorandi consuetudinem primo introduxit/duobus olee connexis ramulis/clarum periclis cingendo caput. Probabile institutum/siue rem/siue personam/intueri vellis. Nam et virtutis vberrimum alimentum/est honos. et Pericles dignus a quo talis muneris dandi potestas potissimum inicium caperet.

Age quid/illud institutum Athenarum quam memorabile? conuictus a patrono libertus ingratus/iure libertatis exuitur. supersedeo te(inquit)habere ciuem/tanti muneris impium estimatorem. nec adduci possum/vt credā vrbi vtilem/quem domui celestum cerno. Abi igitur et esto seruus/quoniam liber esse nescisti.

Inde Massilienses quoq; ad hoc tempus vsurpant discipline grauitatem. prisci moris obseruantia/caritate po. ro. precipue conspicui. Qui tres in eodem manumissiones rescindere permittunt. si ter ab eodem deceptum dominū cognouerint/quarto errori subueniendū non putant. quia sua iam culpa iniuriam accepit/qui ei se tociens obiecit.

Eadem ciuitas seueritatis custos acerrima est/nullū aditum in scenam mimis dando. quorum argumenta maiore

ex parte ſtuprorum continent actus. ne talia ſpectandi con=
ſuetudo etiam imitandi licentiam ſumat.

O Mnibus aūt qui per aliquam religionis ſimulationē/ali
menta īercie querūt/clauſas portas habet: et mendacem et
fucoſam ſuperſticōem ſubmouendam eſſe exiſtimans.

[C]Eterum a condita vrbe gladius eſt ibi: quo noxii iugulā
tur: rubigīe quidē exeſus: et vix ſufficiens miniſterio: ſed
index in minimis quoq; rebus omnia antique conſuetudīs
momenta ſeruandi.

D Ve etiā ante portas eorum arche iacent: altera/q̄ua libe
rorum: altera qua ſeruorū corpora ad ſepulture locū plau=
ſtro deuehuntur. ſine lamentatione ſine planctu luctus: fu
neris dies (domeſtico ſacrificio aditoq; neceſſariorū conui=
uio) finitur. Etenim quid attinet/aut humano dolori īdul=
geri: aut diuino numini inuidiam fieri: quod immortalita=
tem ſuam nobiſcum partiri noluerit.

[V]Enenū cicuta tēperatū in ea ciuitate publice cuſtoditur:
quod datur ei qui cauſas ſceutis (id. n. ſenatus eius nomen
eſt) exibuit: propter quas mors ſit illi expetēda: cognitione
virili beniuolentia tēperata. que neq; egredi vitā temere pa
titur: et ſapienter excedere cupienti: celerem fati viā prebet
Vt vel aduerſa vel proſpera nimis vſi fortuna (utraq; enim
finiendi ſpiritus/illa ne perſeueret/hec ne deſtituat/ ratio=
nem prebuerit) comprobato exitu terminentur.

IL

Massiliensium consuetudo

QVam consuetudinem Massiliensiū non in Gallia ortam sed ex grecia translatam inde estimo/quod illam etiam ī insula Cea seruari animaduerti/quo tempore Asiam cū sexto pompeio petens/in Lide opidum intraui. Forte enim euenit/vt tunc summe dignitatis ibi femina/sed vltime iam senectutis reddita ratione ciuibus cur excedere vita deberet/veneno consumere se destinaret, mortemq; suam Pompei presentia clariorem fieri magni estimaret. nec preces eius vir ille vt omnibus virtutibus/ita humanitatis quoq; laudibus instructissimus/aspernari sustinuit. Venit itaq; ad eā. facundissimoq; sermone (qui ore eius quasi e beato quodā eloquentie fonte manabat) ab incepto consilio diu nequicq̄ reuocare conatus/ad vltimum propositum exequi passus est. Que nonagesimum annum transgressa/cum summa et animi et corporis sinceritate lectulo quātum dinoscere erat quotidiana consuetudine cultius strato recubans/et innixa cubito/tibi quidem inquit Sexte Pompei dii magis quos relinquo/q̄ quos peto gratias referant/quod nec hortator vite mee/nec mortis spectator esse fastidisti. Ceterum ipsa hilarem fortune vultum semper experta/ne auiditatem lucis tristem intueri cogar/reliquias spiritus mei prospero fine/duas filias et vnum nepotem gregem superstitem relictura permuto. Cohortata deinde ad concordiam suos/distributo eis patrimonio/et cultu suo sacrisq; diis domesticis

maiori filie traditis! poculum in quo venenum temperatū
erat/constanti dextera arripuit. Tum defusis Mercurio de
libamentis!et inuocato numine eius/ vt se placido itinere ī
meliorem sedis inferne deduceret partem ! cupido haustu
mortiferam traxit pocionem. Ac sermone significans quas
nam subinde partes corporis sui rigor occuparet!cum iam
visceribus eum et cordi imminere esset elocuta!filiarū ma=
nus ad supremum opprimendorum oculorum officium ad
uocauit. Nostros autem tametsi nouo spectaculo obstupe=
facti erant!suffusos tamen lacrimis dimisit.

SEd vt ad Massiliensium ciuitatem(vnde in hoc diuerticu
lum excessi)reuertar!intrare opidum eorum nulli cum te=
lo licet. Prestoq; est/qui id custodie gratia acceptum. exitu=
ro reddat . vt hospicia sua quemadmodum aduenientibus
humaua sunt!ita ipsis quoq; tuta sint.

Orum menia egresso/vetus ille mos Gallorum occur=
rit. Quos memoria proditū est ! pecunias mutuas que his
apud inferos redderentur dedisse solitos (quia persuasū ha
buerunt aīas hominū immortales esse)dicerē stultos ! nisi
idē bracati sensissent! quod palliatus Pithagoras credidit.

AVara et feneratoria Gallorū philosophia. alacris et for
tis Cimbrorū et Celtiberorū. qui in acie gaudio exultabāt
tanq̄ gloriose et feliciter vita excessuri . lamentabantur in
morbo/quasi turpiter et miserabiliter perituri.

Celtiberi etiā nefas eē ducebāt prelio supereē/ cū is occidis
set/ pro cuius salute spiritū deuouerāt. laudāda vtrorumq;
populorū animi prestātia/ quod et patrie īcolumitatē forti=
ter tueri/ et fidē amicicie cōstāter prestādam arbitrabantur.

Tracie vero illa natio merito sibi sapientie laudem vendi
cauerit/ que natales hominum flebiliter/ exequias cum hy
laritate celebrat. hec sine vllis doctorum preceptis. verū cō=
dicionis nostre habitum peruidit. Remoueatur itaq; natura-
lis omnium animaliū dulcedo vite/ que multa et facere et
pati turpiter cogit/ si ea mortua/ eius aliquanto felicior et
beatior finis reperietur.

QVo circa recte Licii/ cum hiis luctus incidit muliebrem
vestem induunt/ vt deformitate cultus conuicti/ maturius
stultum proicere merorem velint.

VErum quid ego fortissimos hoc in genere prudentie vi=
ros laudem/ respiciantur Indorum femine/ que cum more
patrie complures eidem nupte esse soleant/ mortuo marito
in certamen iudiciumq; veniunt/ quā ex hiis maxime dilexe
rit. et victrix gaudio exultās/ deductaq; a necessariis letum
preferentibus vultum/ coniugis se flāmis superiacit. et cū
eo tanquam felicissima crematur. et superate cum tristicie
merore/ in vita remanent.

PRotrahe ī mediū Cimbricam audatiā. adice Celtibericā fi=
dē. iūge aīosam Tracie potentiā. sapiētiā adnecte Lyciorū

et ī luctibus abiciendis callide exquiſitam rationem. indico tamē rogo nichil eorū preferes. quē vxoria pietas in modū genialis thori/ propinque mortis ſecura conſcendit.

CVius glorie punicarū feminarū vt ex cōparatione turpius appareat/dedecus ſubnectam. Sice enim fanū eſt veneris/in quod ſe matrone conferebant. atqꝫ inde procedentes ad queſtum/dotes corporis iniuria contrahebant. honeſta nimirum tā ihoneſto vīculo coniugia iuncture.

Am Perſarū admodum probabile inſtitutum fuit/ ꝙ liberos ſuos nō prius aſpiciebant/ꝙ̄ ſeptimum annum īpleſſent/quo paruulorum amiſſionē/ equiore aīo ſuſtinerent.

NE Numidie quidem reges vituperandi/ qui more gentis/ſue nulli mortalium oſculū ferebant. Quicquid enī in excelſo faſtigio poſitum eſt/ humili et trita conſuetudine/ (quo fit venerabilius)vacuum eſſe conuenit.

¶ De diſciplina militari capitulum ſecundum

VEnio nunc ad precipuū decus/et ad ſtabilimentū Romani imperii/ ſalutari perſeuerantia ad hoc vſqꝫ tempus ſincerum et incolume ſeruatum/militaris diſcipline tenaciſſimum vinculum, in cuius ſinu ac tutela/ ſerenus tranquilluſqꝫ beate pacis ſtatus acquieſcit.

Cornelius Scipio(cui deleta Cartago auitum cognomē dedit)conſul in Hiſpaniam miſſus/ vt inſolentiſſimos Numantie vrbis ſpiritus/ ſuperiorum ducum culpa nutritos

contunderet/ eodem momento temporis quo castra itrauit/ edixit/ vt omnia ex hiis que voluptatis causa cōparata erāt aufferrentur. ac sūmouerentur. Nā constat tū maximū ide institorum et lixarū numerū/ cum duobus milibus scortorum abisse. hac turpi atq; erubescenda sentina vacuefactus exercitus noster (qui paulo ante metu mortis deformi se federis ictu maculauerat) erecta et recreata virtute/ acrem illā et animosam Numantiā incēdiis exustam/ ruinisq; prostratam/ solo equauit. Itaq; neglecte discipline militaris indiciū Mātini miserabilis dedicio/ seruate merces/ speciosissimus Scipionis triumphus extitit.

Ius sectam Metellus secutus (cum exercitum in Africa iugurthino bello nimia Spurii albini indulgentia corruptum consul accepisset) omnibus imperii neruis/ ad reuocandam pristine disciplinam militie conisus est. Nec singulas partes apprehendit/ sed totam continuo in suum statum redegit. Protinus namq; lixas e castris submouit. Cibūq; coctum venalem proponi vetuit. In agmine neminem militum ministerio seruorum iumentorumq; (vt arma sua et alimenta ipsi ferrent) vti passus est. Castrorum subinde loca mutauit. Eadem tanquam Iugurtha semper adesset/ vallo fossaq; aptissime cinxit. Quid ergo restituta continentia quid repetita industria proficit? Crebras scilicet victorias/ et multa trophea peperit/ ex eo hoste / cuius tergum sub

ambicioſo imperatore romano militi videre non contigerat

BEne etiam illi / diſciplīe militari affuerunt! qui neceſſitudinum perruptis vinculis! vltionem vindictamq̃ leſe / cum ignominia domuum ſuarum exigere non dubitauerunt.

Iam publius rutilius conſul / eo bello (quod ī Sicilia cū fugitiuis geſſit) Quītum fabium generum ſuum (quia neglientia Tauromentanam arcem amiſerat) prouintia iuſſit decedere.

GAius cotta / P. Aurelium pecuniolam ſanguine ſibi iūctum / quem obſidioni Lipartane ad auſpicia repetēda / meſſanam tranſiturus prefecerat! virgis ceſum / milicie munere inter pedites fungi coegit. Quod eius culpa agger incenſus. pene caſtra erant capta.

QVintus etiā fuluius flaccus cēſor / Fuluiū fratrē cohortem legionis (in qua tribunus militū erat) ī iuſſu conſulis domū dimittere auſum! ſenatu mouit. Nō digna exempla tā breuiter (niſi maioribus vrgerer) referentur. Quid. n. tā difficile factu! quā copulate ſocietati generis et imaginum deformē in patriam reditum indicere? aut comunioni noīs ac familie veteris propinquitatis ſerie coherenti / virgarum contumelioſa verbera adhibere? aut cenſorium ſupercilium aduerſus fraternam caritatem diſtringere? dentur hec ſingula q̃uis claris ciuitatibus! abunde tamē gloria diſcipline militaris inſtructe videbuntur.

AT noſtra vrbs/que omni genere mirificorum exemplorum totū terrarum orbem repleuit/imperatorum proprio ſanguine manantes ſecures habet. ne turbato militie ordīe vindicta deeſſet/ex caſtris publice ſpecioſas priuatim lugubres/duplici vultu recepit/incerta gratulandi prius/an alloquendi officio fungeretur.

IGitur ego quoqꝫ heſitante animo/vos bellicarum rerū ſeueriſſimi cuſtodes/Poſtumi Tiburte/et Manli Torquate/memoria ac relatione complector. qui animaduerto fore/vt pondere laudis quam meruiſtis obrutus/magis imbecillitatem ingenii mei detegam/quam veſtram virtutem(ſicut par eſt)repreſentem. Tu namqꝫ Poſtumi dictator. A. Poſtumium(quem ad generis penetraliumqꝫ ſacrorum ſucceſſionem propagandam genueras/cuius infantie blandimenta ſinu atqꝫ oſculis foueras/quem puerum litteris/quem iuuenem armis inſtruxeras/ſanctum/fortem/amantem tui pariter ac patrie)quia non tuo iuſſu/ſed ſua ſponte preſidio progreſſus/hoſtes fuderat/victorem ſecuri feriri iuſſiſti. et ad hoc peragendum/imperium paterne vocis miniſterio ſufficere valuiſti. Nam oculos tuos certe ſcio clariſſima in luce tenebris offuſos/ingens animi opus intueri nequiuiſſe. Tu item Manli Torquate Latino bello conſul/filium (quod prouocatus a Geminio Mecio duce Tuſculanorum ad dimicandum te ignaro deſcenderat)

I

gloriosam victoriam et speciosa spolia deferētem / arripi ab lictore et in modum hostie mactari iussisti! satius esse iudicans patrē forti filio! q̄ patriā militari disciplina carere.

AGe / quanto spiritu putamus vsum. L. quintiū cincinatum dictatorem eo tempore! quo deuictis equiculis / et sub iugum missis. L. municium consulatum deponere coegit? quod castra eius iidem hostes obsederant. Indignū enī maximo imperio credidit! quem non sua virtus / sed fossa vallumq̧ tutum prestiterat. cuiq̧ verecundie non fuerat / arma Romana metu trepida clausis portis contineri. Ergo imperiosissimi duodecī fasces / penes quos senatus / et equestris ordinis / et vniuerse plebis sūmū decus erat / quorūq̧ nutu Latiū ac tocius italie vires regebantur! contusi atq̧ fracti dictatorie se animaduersioni substrauerunt. ac ne invlta foret leta gloria militaris! consul delicti omnis vindex punitus est. His (vt ita dicam) piaculis / Mars imperii nostri pater / vbi aliqua ex parte a tuis auspiciis degeneratū erat! numen tuum propiciabatur! affinium / et cognatorum / et fratrum / et filiorum strage! ignominiosa consulum eiuracōe.

Eiusdem ordinis quod sequitur. Papirius dictator (cum aduersus imperium eius. Q. fabius rutilianus magister equitum exercitum in aciem eduxisset) quāq̧ fusis Sānitibus in castra redierat! tamē neq̧ virtute eius / neq̧ successu neq̧ nobilitate motus! virgas expediri / eūq̧ nudari iussit.

Papirius virgis cedi iussit Q. Fabium.

O ſpectaculū ammirabile. et rutilianus et magiſter equi=
tum/et victor /ſciſa veſte/ſpoliatoqꝫ corpore/lictorū ſe ver
beribus lacerandum prebuit/vt in acie exceptorum vulne=
rum nodoſis ictibus cruore renouato/ victoriarū quas mo
do ſpecioſiſſimas erat adeptus/titulos reſpergeret. Preci=
bus deinde ſui exercitus/occaſionem Fabio confugiendi in
vrbem dedit. vbi fruſtra ſenatus auxilium implorauit. Ni
chilominus enim Papirius in exigenda pena perſeuerauit
Itaqꝫ coactus eſt pater eius poſt dictaturam terciumqꝫ con
ſulatum rem ad populum deuocare. auxiliumqꝫ tribunorū
plebis ſupplex pro filio petere. neqꝫ hac re ſeueritas Papi=
rii refrenari potuit. Ceterum cum ab vniuerſis ciuibus/et
ipſis tribunis plebis rogaretur/ teſtatus eſt ſe penam illā/
non Fabio/ ſed populo et tribunorum concedere poteſtati.

LVcius quoqꝫ Calphurnius piſo conſul(cum in Sicilia
bellum aduerſus fugitiuos gereret/et Titius equitum pre
fectus fugitiuorum multitudine hoſtium circunuentus/ar
ma his tradidiſſet)his eum ignominie generibus affici iuſ
ſit. Eum toga laciniis abſciſis amictum / decinctaqꝫ tunica
indutum/ nudis pedibus a mane in noctem vſqꝫ ad princi=
cipia per omne tempus militie adeſſe iuſſit. īterdixit etiam
ei cōuictū hoim. vſūqꝫ balneorū. turmaſqꝫ equitum quibus
prefuerat/ adēptis equis/ī funditorū alas trāſcripſit. core

Magnū profecto dedecus patrie. ſed magno piſonū dede=

vindicatum est. Quoniamquidem id egit Piso! vt qui cupiditate vite adducti / cruce dignissimis fugitiuis trophea de se statuere concesserant ! libertatiq; sue seruili manu flagitiosum imponi iugum non erubuerant! amarum lucis vsū experirētur. mortēq; q̄ effemīate timuerūt viriliter optarēt

N Ec minus Pisone acriter Quintus messius (Qui cum apud Tresbaim res gereretur)collocatis a se in quadam statione quinq; cohortibus! atq; ex ea viribus hostium depulsis/repetere eādem stationem evestigio iussit. Nō q̄ sperarer ab his amissum locum recuperari posse!sed vt preterite culpā pugne / ī sequentis certamīs manifesto periculo puniret. Edixit etiā! vt si quis ex his fugiens castra petisset!pro hoste interficeretur. Qua seueritate cōpressi milites! et corporibus fatigatis! et animis desperatione vite implicatis! loci tamē īiquitatē multitudinēq; hostiū superarūt. Hūane igitur ībecillitatis efficacissimū duramentū est necessitas.

I N eadē prouīcia. Q. fabius maximus / ferocissīe gentis aīos contūdere et debilitare cupiēs!mansuetissimū ingeniū suū/ad tēpus deposita clemētia!seueriore vti sētētia coegit. Oium.n.qui ex presidiis romanorū ad hostes fugerāt!captiq; erāt!manus abscidit. vt trūca pre se brachia gestantes! metū defectionis reliquis iniceret. Rebelles itaq; manus a corporibus suis districte!inq; cruentato solo sparse! ceteris (ne idem committerent)documento fuerunt.

NIchil mitius superiore Africano. is tamen ad firmandā disciplinam militarem/aliquid ab alienissima sibi crudelitate amaritudinis mutuandum existimauit. Siquidē deuicta Cartagīe/cum omnes qui ex nostris exercitibus ad Penos transierant/in suam potestatem redegisset/grauius in Romanos/ꝙ in Latinos transfugas animaduertit. hos enim tanquam patrie fugitiuos/crucibus affixit. illos tanꝙ perfidos socios/securi percussit.

NOn prosequar hoc factum vlterius. Et quia Scipionis est/et quia Romano sanguini(quamuis merito presso)seruile supplicium insultare non attinet. cum presertim transire ad ea liceat/que sine domestico vulnere gesta narrari possint.

NAm posterior Africanus euerso punico imperio/exterarum gentium transfugas in edendis populo spectaculis/feris bestiis obiecit.

ET lucius Paulus perse rege superato/eiusdem generis et culpe homines elephantis proterandos substrauit. Vtilissimo quidem exemplo/ si tamen acta excellentissimorū virorum humiliter estimare sine insolētie reprehensione permittitur. Aspero enim et absciso castigationis genere/militaris disciplina indiget. quia vires armis cōstant. Que vbi a recto tenore desierint/oppressura sunt nisi opprimātur.

SEd tempus est eorum quoq; mentionem fieri/que iam

non a singulis! verum ab vniuerso senatu pro militari mo
re obtinendo defendendoqꝫ amministrata sunt.

LVcius marcius tribunus militum / cum reliquias duorū
exercituum. P. et. Gn. Scipionum / quos arma punica ī Hi
spaniam assumpserant! dispersas mira virtute collegisset!
earūqꝫ suffragiis dux esset creatus! senatui de rebus actis a
se scribens in hunc modum orsus est.

Lucius marcius pro pretore. cuius honoris vsurpatione
vti eum patribus conscriptis non placuit quia duces a po=
pulo non a militibus creari solerent. Quo tempore tā iniu
sto ꝙ graui propter immane rei publice damnum! etiā tri=
bunis militum adulandum erat. quoniamquidem ad statū
tocius ciuitatis corrigēdum vnus suffecerat. Sed nulla cla=
des. nullum meritum. valētius militari disciplina fuit. Suc
currebat enim illis! quam animosa seueritate Tarentio bel
lo maiores eorum vsi fuissent. in quo quassatis et attritis
rei publice viribus! cum magnum captiuorum ciuium suo
rum numerum a Pyrrho rege vltro missum recepissent!
decreuerunt vt ex his qui equo meruerant! peditum nume
ro militarent. Qui pedites fuerant! in funditorum auxilia
transcriberentur. ne ve quis eorum intra castra tenderet.
Ne ve quis eorum locum extra assignatum vallo aut fossa
cigeret. Neve tentorium ex pellibus haberet. recursum au
tem his ad pristinum milicie ordinem proposuerūt! si quis

bina ſpolia ex hoſtibus tuliſſet. Quibus ſuppliciis cōpreſſi ex deformibus Pyrrhi munuſculis / acerrimi hoſtes extiterunt.

PArem iram ſenatus aduerſus illos deſtrinxit! qui apud Cannas rem publicam deſeruerant. Nam cum eos grauitate decreti vltra mortuorum condicionem relegaſſet! acceptis a. M. marcello litteris! vt eorum ſibi opera ad expugnationem Siracuſanorum vti liceret! reſcripſit indignos eſſe qui in caſtra reciperentur. Ceterum ſe ei permittere! vt faceret quod expedire rei publice iudicaſſet! dum ne quis ex hiis munere vacaret. aut dono militie donaretur. aut in italiam (donec hoſtes in ea eſſent) accederet. Sic enerues aīos odiſſe virtus ſolet.

Oe q̄ grauiter ſenatus tulit. quod. P. petilium conſulē fortiſſime aduerſus Ligures pugnātem! occidi milites paſſi eſſēt. Legioniq; neq; ſtipēdia anni procedere! neq; era dari voluit. quia pro ſalute imperatoris hoſtium ſe telis nō obtulerant. idq; decretum ampliſſimi ordinis ſpecioſū et eternum Petilii monumentum extitit. ſub quo / in acie morte! in curia vltione! clari cineres eius quieſcunt.

NOn ſimili animo / cum ei Hannibal ſex milium Romanorum que capta in caſtris habebat / redimendorum poteſtatem feciſſet! conditionem ſpreuit. memor tantam multitudinem armatorum iuuenum ſi honeſte mori voluiſſet!



turpiter capi non potuisse. Quorum nescio vtrum maius dedecus fuerit quod patria spei/an quod hostis metus nichil in hiis reposuerit. Hec pro se. ille ne aduersus se dimicaret paruipendendo.

Ed cum aliquotiens senatus pro militari disciplina se seuerum exhibuerit/ nescio an tum precipue/ cū milites qui regnum iniusto bello occupauerant/ mortuoq; duce Bubelio. M. cesium scribam eius sua sponte imperatorem delegerant/ carcere inclusit et. M. furio flacco tribuno plebis denunciante ne in ciues romanos contra morem maiorū animaduerteret/ nichilominus propositum executus est. Ceterum quo minore cum inuidia id perageretur/ quinquagenos per singulos dies virgis cesos/securi percuti iussit. eorumq; corpora sepulture mandari. mortemq; lugeri vetuit.

Leuiter hoc patres conscripti/ si Cartaginensium senatus in militie negociis procurandis violentiam ītueri velimus. a quo duces bella prauo consilio gerentes/ etiam si prospera fortuna subsecuta esset/cruci tamē suffigebātur. Quod bene gesserant deorum immortalium adiutorio/quod male commiserant/ipsorum culpe imputantes.

Learcus vero Lacedemoniorum dux/egregio dicto disciplinam milicie continebat/idemtidem exercitus sui auribus inculcando.a militibus imperatorem potius/quam hostem metui debere. Quo aperte denunciabat futurum/vt spiritū

L

pene impenderent/ quem pugne acceptum ferre dubitassēt. Idqꝫ a duce precipi non mirabantur/ maternarum blandiciarum memores. que eos exituros ad preliādum mouebāt. ut aut viui cum armis in conspectum earum venirent/ aut mortui in armis referrentur. hoc intra domesticos parietes accepto signo/ Spartane acies dimicabant.

SEd aliena prospexisse tantūmodo satis est/ cum propriis multoqꝫ vberioribus et felicioribus exēplis gloriari liceat.

Utilitas disciplina militaris [illegible]

Disciplina militaris acriter retenta/ principatum Italie Romano imperio peperit. Multarum vrbium/ magnorū regum/ validissimarum gentium regimen largita est. fauces Pontici sinus patefecit. Alpium Tauriqꝫ montis conuulsa claustra tradidit. Ortumqꝫ e paruula Romuli casa/ totius terrarum orbis fecit columen. Ex cuius sinu quoniam omnes triūphi manarunt/ sequitur vt de triumphandi iure dicere incipiam.

De Iure triumphandi. Capitulum tertium.

OB leuia prelia quidam imperatores triumphos sibi decerni desiderabant. quibus vt occurreretur/ lege cautum est/ ne quis triumpharet/ nisi qui quinqꝫ milia hostium vna acie cecidisset. non enim numero/ sed gloria triumphorum excelsius vrbis nostre futurum decus maiores existimabant.

De Iure Triumphandi.

Ceterum ne tam preclara lex cupiditate lauree oblitera-retur: legis alterius adiutorio fulta est. Quam Lucius Marius et M. Cato tribuni plebis tulerunt. Penam enim imperatoribus minatur: qui aut hostium occisorum in prelio aut amissorum ciuium falsum numerū litteris senatui ausi essent referre. iubetq; eos cum primum vrbem intrassent apud questores vrbanos iurare de vtroq; numero vere ab his senatui esse scriptum.

Post has leges iudicii illius tempestiua mentio introducetur: in quo de iure triumphandi inter clarissimas personas et actum et excussum est.

. Lutacius Catulus consul / et Quintus Valerius pretor: circa Siciliam insignem penorum classem deleuerant. quo noīe Lutacio consuli: triumphum senatus decreuit. Cū autem Valerius sibi quoq; eum decerni desideraret: negauit id fieri oportere Lutacius: ne in honore triumphi minor potestas maiori equaretur. Pertinatiusq; progressa contentione: valenus sponsione Lutacium prouocauit: non se petiturum triumphum nisi suo ductu punica classis esset oppressa. Nec dubitauit restipulari Lutacius. Itaq; iudex inter eos conuenit Atilius Calatinus. apud quē Valerius in hunc modum egit. consulem ea pugna in lectica claudū iacuisse. se autem omnibus imperatoris muneribus functū

Pena ... imperatoribus ... mentiendi

Tunc Calatinus priuſquam Lutacius cauſam ſuam ordire
tur / quero inquit Valeri a te/ſi an dimicandū necne eſſet/
contrariis inter vos ſententiis diſſidiſſetis/vtrum quod con
ſul an quod pretor īperaſſet /maius habiturū fuerit momē
tum? Reſpondit Valerius non facere ſe controuerſiam/
quin priores partes conſulis eſſent future. Age deinde
inquit Calatinus. ſi diuerſa auſpicia accepiſſetis/ cuius ma
gis auſpicio ſtaretur? Item reſpondit Valerius/ conſulis.
At iudex iam Hercule inquit cum de imperio et auſpicio
inter vos diſceptacionem ſuſceperitis / et tu vtroq; aduerſa
rium tuum ſuperiorem fuiſſe fatearis/nichil eſt quod vlte
rius dubitem. Itaq; Lutaci quamuis adhuc tacueris/ ſecun
dum te litē do. Mirifice iudex / quod in manifeſto negotio
tempus teri paſſus non eſt. Probabilius Lutacius / quod
ius ampliſſimi honoris conſtanter defendit. Sed ne Vale-
rius quidem improbe/ quia fortis et proſpere pugne vt nō
legitimum ita optandum premium petiit.

QVid facias Cneo Fuluio Flacco/qui tam expetendum a-
liis triumphi honorem/decretum ſibi a ſenatu ob res bene
geſtas/ſpreuit ac repudiauit? Nimirum non plura precer-
pens/q̄ acciderunt. Nam vt vrbem intrauit/continuo ipſe
queſtione publica afflictus/ exilio multatus eſt. vt ſi quid
religionis inſolentia commiſiſſet/pena expiaret.

I

Apientiores igitur Quintus Fuluius qui Capua capta et Lucius opimius qui Flagellianis ad deditionem compulsis: triumphandi potestatem a senatu petierunt. vterq; editis operibus magnificus: sed neuter petite rei compos. Nō quidē inuidia patrum cōscriptorum cui nunquam aditum ī curia esse voluerunt: sed summa diligentia obseruādi iuris: quo cautum erat / vt pro aucto imperio / non vero recuperato: quod. po. ro. fuisset: triumphus decerneretur. Tantum enim interest adicias aliquid / an detractum restituas: quantum distat beneficii inicium ab iniurie fine.

QVinetiam ius (de quo loquor) sic custoditum est: vt. P. Scipioni ob recuperatas Hispanias. M. marcello ob captas Syracusas: triumphus non decerneretur. quod ad eas res gerendas sine vllo erant missi magistratu.

Robentur nunc cuiuslibet glorie cupidi. qui ex desertis montibus / Myoparonumq; piraticis rostris / laudis īopes: lauree ramulos festinabunda manu decerpserunt. Cartaginis imperio abrupta Hispania / et Scicilie caput abcisum Syracuse / triumphales iungere currus nequiuerunt. Et quibus viris? Scipioni et Marcello. Quorum ipsa nomina instar eterni sunt triumphi. Sed clarissimos solide vereq; virtutis auctores / humeris suis salutem patrie gestantes: et si coronatos ītueri senatus cupiebat: iustiori tamen reser

uandos laurce putauit.

HIs illud subnectam moris est ab imperatore ducturo tri umphum / cousules inuitari ad cenam. deinde rogari vt ve= nire supersedeant. ne quis eo die (quo ille triumpharit) ma ioris in eodem conuiuio sit imperii.

Erum quamuis quis preclaras res maximeqꝫ vtiles rei publice ciuili bello gessisset īperator / tamen eo nomine ap= pellatus non est. neqꝫ vlle supplicationes decrete sunt. neqꝫ aut ouans / aut curru triumphauit. Quia vt necessarie iste / ita lugubres existimate semper sunt victorie. vtpote nō ex= terno / sed domestico parte cruore.

ITaqꝫ et Masica Tiberium gracchum / et Ca. Metellus opimii factiones mesti trucidarunt.

Quintus Catulus. M. lepido collega suo cum omnibus se diciosis copiis extincto moderatum pre se ferens gaudium in vrbem reuertitur.

G. etiam Antonius Catiline victor / abstersos gladios in ca stra retulit.

Lucius Cinna et Ca. marius hauserunt quidem auidi ciui= lem sanguinem / sed non protinus ad tēpla deorum et aras tetenderunt.

Iam Lucius Sylla qui plurima bella ciuilia confecit / cuius crudelissimi et insollentissimi successus fuerunt / cum con=

ſummata atq; conſtricta potentia ſua triumphum duceret! vt Gretie et Aſie multas vrbes! ita ciuium Romanorū nullum opidum vexit.

Piget tedetq; per vulnera rei publice vlterius pergere. lauream nec ſenatus cuiquam dedit! nec quiſquam ſibi dari deſiderauit! ciuitatis parte lacrimante.

Ceterum ad quercum prone manus porriguntur. vbi ob ciues ſeruatos corona danda ē. qua poſtes auguſte domus ſēpiterna gloria triumphant.

De Cenſoria nota. Ca. quartum.

CAſtrenſis diſcipline tenaciſſimum vinculum et militaris rationis diligens obſeruatio / ammonet me vt ad cenſuram pacis magiſtram cuſtodemq; tranſgrediar. Nam vt opes populi Romani in tantū amplitudinis imperatorum virtutibus exceſſerunt! ita probitas et continētia cenſorio ſupercilio examinata eſt. Opus effectu par bellicis laudibus. Quid enim prodeſt foris eſſe ſtrenuum! ſi domi male viuitur? Expugnentur licet vrbes! corripiantur gentes! regnis manus iniciantur! niſi foro et curie officium verecundia ſua conſtiterit! partarum rerum cumulus celo equatus ſedem ſtabilē non habebit. ad rem igitur pertinet noſſe atq; recordari adeo acta cenſorie poteſtatis.

C Amillus et Postumius Censores / erapene nomine eos qui ad senectutem celibes peruenerant ! in erarium defer= ri iusserunt. Iterum puniri dignos ! si quomodo de tam iu= sta constitutione queri sunt ausi. cum in hunc modum icre= parentur natura vobis quemadmodum nascendi / ita gignē di legem scribit. Parentesq̧ vos alendo ! nepotum nutrien dorum debito / si quis est pudor alligauerunt. Accedet his quod etiam fortuna longam prestandi hiuiusce muneris ad uocationem estis assecuti. Cum iterim comsumpti sunt ani mi vestri ! et mariti et patris nomine vacui. Ite igitur et no dosam exsoluite stipem. vtilem posteritati numerose.

Orum seueritatem Marcus Valerius maximus Caius Iunius Brutus bubulcus censores ! consimili genere ani= maduersionis imitati sunt. Lucium enim Antonium sena= tu mouerunt. Quod quam virginem in matrimonium du= xerat / repudiasset ! nullo amicorum in consilio adhibito. at hoc crimen est nescio an superiore maius. Nā illo coniuga= lia sacra spreta tantum. Hoc etiam iniuriose tractata sunt. Optimo ergo iudicio consores indignum eum aditu curie existimauerunt.

SIcut Portius Cato Lucinm Flaminium e numero sena torum sustulit. Quia in prouincia quendam damnatum se=

I

curi percuſerat ! tempore ſupplicii / ad arbitrium et ſpectaculum muliercule cuius amore tenebatur electo. Et poterat inhiberi reſpectu conſulatus quem is geſſerat !atq; auctoritate fratris eius Titi Flaminii. Sed et Cenſor Cato duplex ſeueritatis exemplum ! eo magis illum notandum ſtatuit! quod ampliſſimi honoris maieſtatem tam tetro facinore inquinauerat! nec indignum penſi duxerat / hiſdem imaginibus perſcribi mereticis oculos humano ſanguine delectatoſ et regis Philippi ſupplices manus.

QVid de Fabricii Lucini cenſura loquar ? Narrauit omnis etas et deinceps narrabit ! ab eo Cornelium Rufinum duobus conſulatibus et dictatura ſpecioſiſſime functum (quod decem pondo vaſa argentea comparaſſet) perinde ac malo exemplo luxurioſum ! in ordine ſenatorio retentum non eſſe. ipſe mediuſfidius michi littere ſeculi noſtri obſtupeſcere videntur ! cum ad tantam ſeueritatem referendam miniſterium accomodare coguntur. ac vereri ne non noſtre vrbis acta commemorare exiſtimantur. Vix enim credibile eſt intra idem pomerium decem pondo argenti et inuidioſum fuiſſe cenſum! et inopiam haberi contemptiſſimam.

.autem Antonius et Lucius Flaccus cenſores Duroniũ

ſenatu mouerūt. Quod legem de cohercendis cōuiuiorum ſumptibus latā/ tribunus plebis abrogauerat/ mirifica no= te cauſa. Quam enim impudenter Duronius roſtra conſcē dit illa dicturus? Freni ſunt iniecti vobis Quirites nullo modo perpetiendi. Alligati et conſtricti eſtis amaro vincu lo ſeruitutis. Lex enim lata eſt que vos eſſe frugi iubet. ab rogemus igitur hoc horride vetuſtatis rubigine obſitum ī= perium. Etenim quid opus eſt libertate/ ſi volentibus luxu perire non licet?

AGe/par proferamus equali iugo virtutis honorumq; ſo cietate iunctum/inſtrictum autem emulationis animo. diſ= ſidentes Claudius Nero. L. iuliuſq; Salinator/ ſecundi pu nici belli temporibus firmiſſima Romani populi latera/ q̄ diſtrictam ſimul egerunt cenſuram. Nam cum equitum cē turias recognoſcerent/et ipſi propter robur etatis etiā nūc eorum eſſent e numero/ vt eſt ad Polliam ventum tribum preco lecto noīe ſalinatoris/citandum necne ſibi eſſet heſita uit. Quod vbi intellexit Nero/ et citari collegam et equum vendere iuſſit/quia populi iuditio dampnatus eſſet. Salina tor quoq; eadem animaduerſione Neronem perſecutus eſt. adiecta cā/quod nō ſincera fide ſecū in gratiā rediſſet. Qui bus viris ſi quis celeſtium ſignificaſſet futurū/vt eorū ſan guis illuſtriū imaginum ſerie deductus in ortum ſalutaris

principis nostri confluceret! depositis inimiciciis. artissimo se amicicie federe iunxissent! seruatam ab ipsis patriam cō= muni stirpe seruandam relicturi.

¶ Salinator vero quatuor atq; tringinta tribus inter erra rios referre non dubitauit. ꝙ cum se dampnassent! postea consulem atq; censorem fecissent. Pretexuitq; causam! quia necesse esset eas alterutro facto crimine temeritatis aut per iurii teneri. vnam tantummodo tribum Metiam / vacuam nota reliquit. que eum suffragiis suis vt non dampnatione ita ne honore quidem dignum iudicauerat. Quā putamus consultantis et preualidi illum ingenii fuisse! qui neq; tri= sti iudiciorum exitu compelli. neq; honorum magnitudine adduci potuit! quo se blandiorem in amministratione rei publice gereret?

Questris quoq; ordinis bona magnaq; pars quadringen ti iuuenes / censoriam notam patiente animo sustinuerunt. Quos Marcus Valerius et Publius Sempronius (quia ī Sciciliam ad munitionum opus explicandum ire iussi / fa= cere id neglexerant) equis publicis spoliatos in numerum erariorum retulerunt.

Turpis etiā metus censores summa cū seueritate penam exegerunt. Marcus. n. atilius regulus / et L. furius philip pus. M. Metellū questorē / compluresq; equites Romanos

qui post infeliciter commissam Cannensem pugnam / cum eo abituros se Italia iurauerant / direptis equis publicis inter erarios referendos curauerunt.
Eidem censores eos graui nota affecerunt / qui cum in potestatem Hannibalis venissent / legati ab eo missi ad senatum de permutandis captiuis / neq; impetrassent quod petebāt / in vrbe manserūt. Quia et Romano sanguini fidem prestare conueniens erat / et. M. Atilius regulus censor perfidiā notabat. Cuius pater per summos cruciatus expirare / quā fallere Cartaginenses satius esse duxerat. Iam hec censura ex foro in castra trascendit / que neq; timeri neq; decipi voluit hostem.
Sequuntur duo eiusdem generis exempla. eaq; adiecisse satis erit.
Geta cum a . L. metello et. Cn. domitio censoribus senatu motus esset / postea censor factus est.
Item Marcus Valerius messala censoria nota perstrictus / censoria postmodum potestate imperauit. horum ignominia virtutem acuit. Rubore enim eius excitati / omnibus viribus incubuerunt / vt digni ciuibus viderentur / quibus dari potius quam obici censura deberet.

De Maiestate. Capitulum quintum.

I

St et illa quasi priuata censura maiestas clarorum virorū / siue tribunaliū fastigio siue apparitorū ministerio potēs ī sua āplitudine obtinenda. grato. n. et iocūdo ītroitu aīs hominū allabitur. āmirationis pretextu velata ꝙ recte quis dixerit lōgum et beatū honorē esse sine honore.

Nam quis plus tribui potuit consuli quam est datum reo Metello? qui cum causam repetundarum diceret / tabuleq; eius ab accusatore expostulate ad nomen inspiciendum circa iudices ferrentur / totum consilium ab earum contemplatione oculos auertit / ne de aliqua re que in his relata erat videretur dubitasse. non enī in tabulis / sed in vita Quinti metelli argumenta sincere amministrate prouintie legenda sibi iudices crediderunt. indignum rati auctoritatem tanti viri exigua cera et paucis litteris perpendi.

Sed quid mirum si debitus honos a ciuibus Metello tributus est / quem superiori Africano etiam hostis prestare non dubitauit? Siquidem rex Anthiochus / bello (quod cū romaīs gerebat) filiū eius a militibus suis īterceptū / honoratissime excepit. regiisq; muneribus donatū vltro et celeriter patri remisit. Quāꝙ ab eo tū maxīe finibus īperii pellebatur. Sed et rex lacessitus / maiestatem excellentissimi viri venerari / ꝙ dolorem suum vlcisci maluit.

ID eundē Africanū in Velliturnina villa se continētem /

complures predonum duces videndum eodem tempore forte confluxerunt. Quos cum ad vim faciendam venire existimasset/ presidium domesticorum in tecto collocauit. eratq; ī his repellendis et aīo et apparatu occupatus. Quod vt predones animaduerterunt/ dimissis militibus/ abiectisq; armis/ ianue appropinquant. et clara voce nunciant Scipioni non vite eius hostes/ sed virtutis ammiratores venisse. conspectum et congressum tanti viri quasi celeste aliquod munus expetentes. Proinde securum se nobis spectandum prebere non grauetur. Hec postquam domestici Scipioni retulerunt/ fores reserari eosq; ītromitti iussit. Qui postes ianue tanquam aliquam religiosissimam aram sanctumq; templum venerati/ cupide Scipionis dexteram apprehenderunt. Ac diu osculati/ positis ante vestibulum donis (que deorum immortalium numini consecrari solent) leti/ q̄ Scipionem vidisse contigisset/ ad lares reuerterunt. Quid hoc fructu maiestatis excelsius? quid etiam iocundius? hostis iram ammiratione sui placauit. spectaculo presentie sue/ latronum gestientes oculos stupefecit. Delapsa celo sidera hominibus si se offerant/ venerationis amplius non recipient.

T hoc quidem viuo Scipioni/ illud autem Emilio Paulo exanimi contigit. Nā cum exequie eius celebrarētur/ ac

I

forte tunc principes macedonie legationis nomine Rome morarētur! funebri lecto sponte sua sese subiecerūt. Quod aliquāto maius videbitur ! si quis cognoscat lecti illius frō tem/Macedonicis triumphis fuisse adornatam. Quantum enim paulo tribuerunt!propter quem gentis sue cladium ī=dicia!per ora vulgi ferre non exhorruerunt? Quod specta=culum funeris speciem alterius triumphi adiecit. Bis enim te Paule Macedonia vrbi nostre illustrem ostendit . incolu=men spoliis suis.fato functum humeris.

Ec filii quidem tui Scipionis emiliani/ quem in adoptio nem dando! duarum familiarum ornamentum esse voluisti maiestati honoris parum tributum est. cum eum adolescē=tem admodum a Lucullo consule petendi auxilii gratia ex Hispania in Africam missum! Cartaginenses et Masinissa rex de pace disceptatorem velut consulem et imperatorem habuerunt. ignara quidem fatorum suorum Cartago. Ori entis enim illud iuuente decus deorum atq hominum īdul gentia!ad excidiū eius alebatnr. vt superius cognomē Afri canum capta!posterius euersa Cornelie genti daret.

QVid dāpnatōe/quid exilio miserius?At qui P.rutilio cō spiracōe publicanorū perculso! auctoritatē adimere nō valu erūt.cui asiā petēti/oēs prouīcie illius cītates/legatos secess sū eius operiētes!obuiā miserunt.Exultare hoc loco aliquis

aut triumphare/iustius dixerit?

C etiam Marius in profundum vltimarum miseria
rum abiectus! ex ipso vite discrimine beneficio maiestatis
euasit. Missus enim ad eum occidendum in priuata domo
Minturnis clausum seruus publicus natione Cimber! et se
nem/et inermem/et squalore obsitū/strictum gladium te
nens! aggredi non sustinuit. Et claritate viri hebetatus! ab
iecto ferro! attonitus inde ac tremens fugit. Cimbrica nimi
rum calamitas oculos hominis perstrinxit. deuicteq; gentis
sue interitus animum comminuit. etiam diis immortalibus
indignum ratis! ab vno eius nationis īterfici Marium. quā
totam deleuerat. Minturnenses autem maiestate eius capti
compressum iam et constrictum dira fati necessitate incolu
men prestiterunt. Nec fuit eis timori asperrima Sille vic
toria! ne in eos conseruationem vlcisceretur! cum presertim
ipse eos a conseruando Mario absterrere potuerit.

quoq; porcium Catonem/ fortis ac sincera vita adeo ve
nerabilem senatui fecit! vt cum inuito Ca. cesare consule ad
uersus publicanos dicendo in curia diem abstraheret! et ob
id iussu eius a lictore in carcerem duceretur! vniuersus se
natus illum sequi nō dubitaret. Que res diuini animi per
seuerantiam flexit.

EOdem Ludos florales
quos Messius edilis faciebat spectātē! populus vt mime nu
darentur! postulare erubuit. Quod cū ex Fanonio amicissio

sibi vna sedente cognouisset (Marciales nosses iocos / sa-
crum cum dulce flore / festosq; lusus et licentiam vulgi/
cur in theatro Cato seuere venisti? An ideo tantum vene-
ras exires) Discessit e theatro/ ne presentia spectaculi cōsue
tudinem impediret. Quem abeuntem ingenti plausu popu
lus prosecutus/ Priscum morem iocorum in scenam reuo-
carunt. cōfessus plus maiestatis vni illi tribuere/ q̄ sibi vni
uerso vendicare. quibus opibus / quibus imperiis / quibus
triumphis/ hoc datum est? Exiguum viri patrimonium.
astricti continentia mores. Modice clientele. domus ambi-
cioni clausa. paterni generis vna illi imago. minime blan-
da frons. sed omnibus numeris perfecta virtus. Que quidē
effecit / vt quisquis sanctum et egregium virum ciuē
significare velit/ sub nomine Catonis definiat.

Andum est aliquid loci etiā alienigenis exemplis. vt do-
mesticis/ respersa ipsa varietate delectent.

Armodii et Aristogitonis qui Athenas tyrānide libera-
re conati sunt / effigies Eneas xerses rex ea vrbe deuicta in
regnū suū trāstulit. Longo deinde interiecto tempore / zalē
chus in pristinam sedem reportandas curauit. Rodii quoq;
eas vrbi sue apulsas cum in hospicium publice inuitassent
sacris etiam puluinaribus collocauerunt. Nichil hac memo
ria felicius / que tantum venerationis in tam paruulo ere
possidet?

Q

Vantum porro honoris Athenis xenocrati ſapientia pariter ac ſanctitate claro tributum eſt / qui cum teſtimoniū dicere coactus ad aram acceſſiſſet / vt more eius ciuitatis iuraret omnia ſe vere retuliſſe / vniuerſi iudices cōſurrexerūt. proclamaueruntq; ne iuſiurādum diceret. Quodq; ſibimet ipſis poſtmodum dicende ſentencie loco / remiſſuri nō erāt / ſinceritati eius concedendum exiſtimauerunt.

¶ Valerii Maximi Liber ſecundus deſinit.

¶ Tituli Tercii libri.

De Indole. Ca. i. De Fortitudine. Ca. ii. De Patiētia. Ca. iii. ¶ Qui humili loco nati clari euaſerunt. Ca. iiii. Qui a parentibus claris degenerauerūt. Ca. v. ¶ Qui ex illuſtribus viris in veſte aut in cetero cultu ſibi licentius q̄p mos patrius permittebat indulſerint Ca. vi. De Fiducia. Ca. vii. De conſtantia. . viii Ca.

¶ Capitulum primum de indole.

Ttingam igitur nunc ea que ſunt cunabula quedam et elementa virtutis. animiq; procedente tempore ad ſummum glorie cumulū peruenturi / certo cum indolis experimento claros geſtus referam.

I

EMilius lepidus puer/etiam cum progressus in aci em/hostem interemit.ciuem seruauit. Cuius tam memorabilis operis index est in capitolio statua bullata et incincta pretexta senatus consulto posita.iniquum enim pu tauit eum honori nōdum tempestiuum videri/ qui iam vir tuti maturus fuisset.Precurrit igitur Lepidus etatis stabi limentum/ fortiter faciendi celeritate. duplicemq; laudem e prelio retulit/cuius eum vix spectatorem anni esse patiebantur. Arma enim infesta et districti gladii.et discursus telorum.et aduentantis equitatus fragor. et concurrentium exercituum impetus. iuuenibus quoq; aliquantulum terroris incutit. Inter que gentis Emilie pueritia/coronam mereri. spolia rapere valuit.

Ic spiritus nec Marci quidem Catonis pueritie defuit. Nam cum in domo. Marci drusi aduunculi sui educaretur et ad eum latini de ciuitate impetranda conuenissent.tr.pl. a.Q.oppedio latii principe/drusi autem hospite rogatus/ vt socios apud auunculum adiuuaret/constanti vultu non facturum se respondit.Iterum deinde ac sepius interpellatus/in proposito perstitit. tunc opedius in excelsam edium partem leuatum/abiecturum se inde cum nisi precibus obtemperaret/minatus est. Nec hac re ab incepto moueri potuit.Expressa est itaq; illa vox hominū/ gratulemur nobis latini et socii/hunc esse tā paruum quo senatore ne sperare

quidem nobis ciuitatem liceret. Tenero ergo animo Cato totius curie grauitatem percepit/perſeuerātiaq; ſua latinos iura noſtre ciuitatis apprehendere cupientes repulit.

Idem cum ſalutandi gratia pretextatus ad Sillam veniſſet/et capita proſcriptorum in atrium allata vidiſſet/atrocitate rei commotus pedagogum ſuum nomine Sarpedonem interrogauit/qua propter nemo inueniretur qui tam crudelem tirannum occideret. Cumq; is non voluntatem hominibus/ſed facultatem deeſſe/quod ſalus eius magno preſidio militum cuſtodiretur.reſpondiſſet/vt ferrum ſibi daretur obſecrauit.affirmando perfacile ſe eum interfecturum/quod in lecto illius conſidere ſoleret. Pedagogus et animum Catonis agnouit/et propoſitum exhorruit.cumq; poſtea ad Sillam excuſſum ſemper adduxit Michil hoc admirabilius.puer in officina crudelitatis deprehenſus/victorem non extimuit maxime/conſules municipia/legiones equeſtris ordinis maiorem partem trucidantem.Et qui ipſum marium illo loci ſtatuiſſet/vt celerius aliquid de ſua fuga q̃ de Sille nece cogitaſſet.

CVius filium Fauſtum.C.caſſius condiſcipulum ſuum in ſcola/proſcrioptionem paternam laudantem/ſeq; cū per etatem potuiſſet idem facturum minitantem/colapho percuſſit. Dignam manum que publico parricidio ſe non contaminaret.

ET vt a grecis aliquid alcibiades ille cuius nescio vtrum bona/an vicia patrie perniciosiora fuerint. Illis enim ciues suos decepit/illis afflixit/cum adhuc puer ad periclem auū culum suum venisset/eumq; secreto tristem sedentem vidisset/ interrogauit quid ita tantam in vultu confusionem gereret/ At illo dicente/mādato se ciuitatis propylea mineruę que sunt ianue artis edificasse / consumptaq; in id opus ingenti pecunia/non inuenire quo pacto ministerii rationē redderet/atq; ideo cōflictari. Ergo inquit quere potius quēadmodum rationem non reddes . Itaq; amplissimus vir et prudentissimus suo consilio defectus / puerili vsus est.atq; id egit vt athenienses finitimo īplicati bello/ rationibus exigendis non vacarent . sed viderint athene vtrum Alcibiadē lamententur an glorientur . Quoniam adhuc inter execrationem hominis et admirationem/dubio mentis iudicio fluctuatur. Nos(quia iam inicia procursusq; virtutis patefecimus) actum ipsū prosequamur.Cuius ponderosissima vis et efficacissimi lacerti in fortitudine consistunt.

Capitulum secundum de fortitudine.

Ec me preterit conditor vrbis nostre Romule principatum hoc in genere laudis tibi assignari debere.sed patere obsecro vno te precurri exemplo/cui et ipse aliquantulum honoris debes.quia beneficio illius effectum est / ne tā preclarum opus tuum Roma

dilaberetur.

ETruſcis in vrbem ponte ſulpicio irrumpentibus / Oratius cocles extremam eius partem occupauit. totumq; hoſtium agmen(donec poſt tergum ſuum pons abrumperetur) infatigabili pugna ſuſtinuit. Atq; vt patriam periculo imminēti liberatam vidit / armatus ſe in tiberim miſit. Cuius fortitudinem dii immortales admirati / incolumitatem ſinceram ei preſtiterunt. Nam neq; altitudine deiectus / quaſſatus ve / nec pondere armorum preſſus / nec vllo verticis circuitu actus / nec telis quidem que vndiq; congerebantur leſus / tutum natandi euentum habuit. Vnus itaq; / tot ciuiū / tot hoſtium in ſe oculos conuertit ſtupētes illos admiratione / hos inter leticiam et metum heſitantes. vnuſq; duos acerrima pugna confertos exercitus / alterum repellendo / alterum propugnando diſtraxit. Deniq; vnus vrbi noſtre tantum ſcuto ſuo / quantum tiberis alueo munimenti attulit. Quapropter diſcedentes Etruſci dicere potuerunt / romāos vicimus. ab oratio victi ſumus.

mmemorem pene me propoſiti mei Coclia facit. eadem enim tempeſtate certe aduerſus eundem hoſtem / et in eodē tiberi / inclitum auſa facinus. Inter ceteras enim virgines / obſes porſenne data hoſti / nocturno tempore cuſtodiam egreſſa / equum conſcendit. celeriq; traiectu fluminis / nō ſolum obſidione / ſed etiam metu / patriam ſoluit / viris puella

lumen virtutis preferendo.

REdeo nunc ad Romulum qui ab acrone veiensium rege ad dimicandum prouocatus / quem quamquam et numero et fortitudie militum superiorem se crederet / tutiusq esset toto cum exercitu / q solum in aciem descendere / sua potissimum dextera omen victorie corripuit. Nec incepto eius fortuna defuit. Occiso eni acrone fusisq hostibus / opima deo spolia ioui feretrio suspendit. Hactenus istud. quia publica religione consecrata virtus / nulla priuata laudatione indiget.

Romulo proximus Cornelius cossus / eidem spolia cōsecrauit / Cū magister equitū ducem fidenatium in acie congressus interemisset. Manus inicio huiusce generis inchoate glorie Romulus. Cosso quoq multum acquisitum est / quod imitari Romulum valuit.

NEc Marci quidem marcelli memoriam ab hiis exemplis separare debemus. in quo tātus vigor animi fuit. / vt apud padum gallorum regem ingenti excercitu stipatum / cum paucis equitibus inuaderet. Quem protinus obtruncatum armis exuit. eaq ioui feretrio dedicauit.

Odem et virtutis et pugne genere vsi sunt. T. manlius Torquatus et Valerius coruinus et Emilianus Scipio hii enim vltro prouocatos hostium duces interemerunt. Sed quia sub alienis auspiciis rē gesserant / spolia Ioui feretrio

non posuerunt consecranda.

IOdem Scipio emilianus cum in hispania sub luculo du ce militaret / atqꝫ intercacia preualidum oppidium circunse deret / Primus menia eius conscendit. neqꝫ erat in eo exerci tu quisquam aut nobilitate / aut animi indole / aut futuris actis / cuius magis saluti parci et consuli deberet. Sed tunc clarissimus quisqꝫ iuuenum / pro amplificanda et tuenda pa tria / plurimum laboris ac periculi sustinebat. deforme sibi existimans quos dignitate prestaret / ab hiis virtute supera ri. Ideoqꝫ emilianus hanc miliciam aliis propter difficulta tem vitantibus / sibi deposcit.

Magnum inter hec fortitudinis exemplum antiquitas of fert. Romani gallorum exercitu pulsi / cum se in capitoliū et in arcem conferrent / inqꝫ hiis collibus morari omnes nō possent / necessarium consilium in plana parte vrbis relin quendorum seniorum ceperunt / quo facilius iuuentus reli quias imperii tueretur. Ceterum ne illo quidem tam mi sero tamqꝫ luctuoso tēpore / ciuitas nostra virtutis sue obli ta est. Defuncti enim honoribus / apertis ianuis et in curu ibus sellis cum insignibus magistratuum quos gesserant sacerdociorqꝫ que erant adepti consederunt. vt et ipsi ī oc casu suo splendorem / et ornamenta preterite vite retinerēt / et plebem ad fortiter sustinendos casus suos prouocarent. venerabilis eorū aspectus primo hostibus fuit / et nouitate

rei et magnificētia cultus! et ipso audatie genere cōmotis.

Ed quis dubitaret quin galli et victores!illam ammirationem mox in risum et in omne contumelie genus cōuer suri essent? Non expectauit igitur hanc iniurie maturitatē C.atilius. verum barbam suam permulcenti gallo! Scipionem vehementi ictu capiti īflixit. eiq; propter dolorem ad se occidendum ruenti! cupidius corpus obtulit. Capi ergo virtus nescit. pacientia dedecus ignorat. fortune subcumbere omni fato tristius ducit. noua et speciosa genera īteritus excogitat! si quisquam interit qui sic extinguitur.

R Eddendus est nunc romane iuuentuti debitus glorie titulus. que Quinto catulo sempronio acratino consule cū volscis apud verruginem parum prospere dimicante (ne acies nostra iam inclinata propelleretur) equis delapsa se ipsa cēturiauit. atq; centuriam reparauit. et in ordīe centurie se posuit. hostium exercitum irrupit. Quo dimoto! proximum tumulum ocupauit. efficitq; vt omnis volstorum cōuersus in se impetus! legionibus nostris ad confirmandos animos salutare laxamentum daret. Itaq; cum iam de tropheis statuendis cogitarent / prelium nocte dirimente victores ne! an victi discederent! incerti abierunt.

Trennuus ille quoq; flos ordinis equestris! cuius mira virtute Fabius maximus rutilianus magister equitū! bello quod aduersus samnites gerebatur! male cōmissi prelii cri

mine leuatus est. Namque papirio cursore/propter auspicia repetenda in vrbem proficiscente/castris prepositus/ac vetitus in aciem exercitum ducere/ nichilominus manus cum hoste/sed non tam feliciter quam temere/conseruit. Procul enim dubio superabatur. Ceterum optime indolis iuuentus detractis equorum frenis vehementer eos calcaribus stimulatos/i aduersos samnites egit. obstinataque animi presentia/extortam manibus hostium victoriam/ et cū ea spem maximi ciuis Rutiliani/patrie restituit.

QValis deinde roboris illi milites? qui vehementi ictu remorum concitatam fuge punicam classem/ natantes lubrici pelagi quasi camporum firmitate pedites in litus retraxerunt.

Eiusdem temporis et note miles. qui cannensi prelio quo Hannibal magis vires romanorū/quam animos contudit/atque fregit/cum ad retinenda arma inutiles vulneribus manus haberet/spoliare se conatus numide ceruicem complexus/ ore naribus et auribus corosis/deformē reddidit. itaque plenus vltionis morsibus expirauit. sepone iniquum pugne euentum/quantum interfectore fortior interfectus. Penus enim in victoria obnoxius morienti solatio fuit. Romanus in ipso fine vite vindex sui extitit.

MIlitis hic inaduerso casu tam egregius tamque virilis animus/ quam relaturus sum imperatoris. P. enim Crassus

cum Aristonico bellum in asia gerens: a tracibus quorum is magnum numerum in presidio habebat: inter elena et Smirnam exceptus: ne in ditionem eius perueniret: dedecus arcessita ratione mortis effugit. Virgam enim qua ad regendum equum vsus fuerat: in vnius barbari oculum direxit. Qui vi doloris accensus: latus Crassi sicca confodit. dumque se vlciscitur: romanum imperatorem maiestatis amisse turpitudine liberauit. Ostendit fortune Crassus: quam indignum virum tam graui contumelia: afficere voluisset. quoniamquidem iniectos ab ea mirabiles libertatis sue laqueos prudenter pariter ac fortiter rupit. donatumque se iam Aristonico: dignitati sue reddidit.

EOdem mentis proposito vsus est Scipio. Namque infeliciter Cn. Pompei generis sui defensis in affrica partibus: classe Hispaniam petens: cum adiaduertisset nauem qua vehebatur ab hostibus captam: gladio precordia sua transuerberauit. Ac deinde prostratus in puppi: querentibus cesariains militibus vbi nam esset imperator: respondit: imperator se bene habet. Tantumque eloqui valuit: quantum ad testandum animi fortitudinem eterne laudi satis erat.

Vi quoque clarissimi excessus Cato vtica monumentum est: in qua ex fortissimis vulneribus tuis plus glorie quam sanguinis manauit. Siquidem constantissime in gladium incumbendo: magnum hominibus documentum dedisti: quanto

potior eē debeat probis/dignitas sine vita/q̄ vita sine digni tate.

CVius filia minime muliebris animi/ que cū Bruti viri sui consiliū quod de interficiādo ceperat cesare/ ea nocte quā dies teterrimi facti secutus est cognosset/ egresso cubiculū Bruto/ cutellum tonsorium quasi vnguium resecandorum causa poposcit. eoq̄ velut forte elapso/se uulnerauit. clamore deīde ancillarū in cubiculū reuocatus Brutus/obiurgare eam cepit quod tonsoris preripuisset officium. Cui secreto Porcia. non est hoc(inquit) temerarium factum meū. sed in tali statu nostro amoris mei erga te certissimū indicium Experiri enim volui si tibi propositum/ parū ex sententia cessisset/quā equo animo me ferro essem interemptura.

Elicior progenie sua superior Cato/a quo portie familie principia manarunt. Qui cum ab hoste in acie vehementer paruulo peteretur/e vagina gladius eius lapsus decidit Quem subiectum preliantium globo/atq̄ vndiq̄ hostilibus pedibus circundatum/postq̄ abesse sibi animaduertit/ adeo constanti animo in suam potestatem redegit/ vt illum non periculo oppressus rapere/sed metu vacuus sumere videretur. Quo spectaculo attoniti hostes/postero die ad eum supplices pacem petentes venerunt.

TOge quoq̄ fortitudo militaribus operibus inserenda ē. quia eandem laudem foro atq̄ castris edita meretur.

CVm Tiberius gracchus tribunatu profuſiſſimis largitionibus fauore populi occupato / rem pu. opreſſam teneret / palamq; dictitaret interempto ſenatu / omnia per plebē agi debere / in edem fidei publice conuocatis . pa . c . a conſule Mucio ſceuola / quidnam in tali tempeſtate faciendum eſſet deliberabant . cunctiſq; cenſentibus vt conſul armis rē . pu . tueretur / Sceuola negauit ſe quicquam vi eſſe acturum . Tamen Scipio Naſica (inquit) quoniam conſul dum iuris ordinem ſequitur / id agit vt cum omnibus legibus / romanum imperiū corruat / egomet priuatus volūtati veſtre me ducem offero . Ac deinde leuam manum aperte toge circundedit . ſublataq; dextra proclamauit / Qui rem publicam ſaluam eſſe volunt / me ſequantur . Eaq; voce cuntatione bonorum ciuium diſcuſſa / Gracchum cū ſcelerata factione quas merebatur penas perſoluere coegit .

ITem cum tr . pl . Saturninus et pretor Glaucia et Equitius deſignatus tr . pl . maximos in ciuitate noſtra ſeditionū motus excitauiſſent / nec quiſquam ſe populo concitato opponeret / primum Marcus emilius ſcaurus . C . Marium cōſulatum ſextum gerentem / hortatus eſt vt libertatē legeſq; manu defēderet . protinuſq; arma ſibi afferri iuſſit . Quibuſ allatis / vltima ſenectute confectum et pene dilapſū corpus induit . ſpiculoq; innixus ante fores curie conſtitit . Ac paruulis et extremi ſpiritus reliquiis ne res publica . expiraret

effecit. presentia enim animi sui senatum et equestrem or-
dinem ad vindictam exigendam impulit.

SEd vt superirs armorum et toge / ita nunc siderum cla-
rum decus / diuum Iulium certissimam vere virtutis effi-
giem / representemus. cum innumerabili multitudine et fe
roci impetu nerinorum / inclinari aciem suam videret / timi
dius pugnanti militi scutum detraxit / eoq; tectus acerrime
preliare cepit. Quo facto fortitudinem per totum exercitū
diffudit. Labentemq; belli fortunam / diuini animi ardore
restituit.

Idem alio prelio legionis marcie aquiliferum ineunde
fuge gratia iam conuersum / faucibus comprehensum in cō
trariam partem detraxit. dexteramq; ad hostem extendens /
quorsum tu inquit abis? illic sunt cum quibus dimicabis.
Et manibus quidem vnum militem / adhortatione uero tā
acri omnium legionum trepidationem correxit. vinciq; pa-
ratas / vincere docuit.

CEterum vt humane virtutis actum exequamur / cū Han
nibal capuam in qua romanus exercitus erat obsideret / Vi
bius acceus peligne cohortis prefectus vexilum transpuni
cum exercitum proiecit et seipsum suosq; commilitones si
eo hostes potiti esset execratus. et ad id petendū (subsequēte
cohorte) primus īpetum fecit. Quod vt valerius flaccus tri
bunus tercie legionis aspexit / cōuersus ad suos / spectatores

inquit vt video alienc virtutis huc venimus. ſed abſit iſtud dedecus a ſanguine noſtro ! vt romani gloria cedere latinis velimus. Ego certe aut ſpecioſam optaui mortem ! aut felicem audatie exitum. vel ſolus igitur precurrere paratus ſũ His auditis Padanius centurio conuulſum ſignum dextra retinens ! iam hoc inquit intra hoſtile vallum mecum erit. Proinde ſequuntur qui id capi nolunt. Et cum eo in caſtra penorum irrupit. totamq; ſecum traxit legionem. Ita triũ hominum fortis temeritas ! Hãnibalem paulo ante ſpe ſua capue potitorem ! ne caſtrorum quidem ſuorum potientem eſſe paſſa eſt.

Vorũ virtuti nichil cedit Quintus occius. qui propter fortitudinem Achilles cognominatus eſt. Nam vt reliqua eius opera non exequar ! abunde tamen duobus factis que relaturus ſum quantus bellator fuerit cognoſcetur ! Quinto metello conſule legatus in Hiſpaniam profectus ! celtibericum ſub eo bellum gerens ! poſtq̃ cognouit a quodam (gentis huius) iuuene ſe ad dimicãdum prouocari (erat autem illi forte prandendi gratia poſita menſa) relicta ea ! arma ſua extra vallum deferri equumq; educi clam iuſſit ne a Metello impediretur. et illum celtiberum inſolentiſſime ob equitantem conſectatus interemit. detractaſq; corpori eius exuuias ! ouans leticia ĩ caſtra retulit.

IDem Pyreſum nobilitate ac virtute omnes Celtiberos

prestantem/cum ab eo in certamen pugne deuocatus esset/ subcumbere sibi coegit. Nec erubuit flagrãtissimi pectoris iuuenis/gladium ei suum et sagulum (vtroq; exercitu spectante) tradere. Ille vero etiam petiit vt hospicii iure inter se iuncti essent/quando inter romanos et celtiberos pax foret restituta.

E Atiliũ quidem preterire possumus. Qui cum decime legiõis miles pro C. cesaris partibus/maritima pugna preliaretur/abcisa dextera quam massiliensium naui iniecerat/ leua puppim apprehendit. nec ante dimicare destitit/q̃ captam profundo mergeret. Quod factum parum iusta notitia patet.

AT Cynegorum athheniensem simili pertinatia in consectandis hostibus vsum/ verbosa cantu laudum suarum gretia/omnium seculorũ memorie litterarum preconia ĩculcat

Lassicã Atilii gloriam terrestri laude. M. Cesius sceua eiusdem imperatoris cẽturio subsecutus est. Cũ pro castello enĩ cui prepositus erat dimicaret/ Cneiq; Põpei prefectus/iussu eius sũmo studio et magno militũ numero ad eũ capiendum mitteretur/oẽs qui propius accesserãt ĩteremit. ac sine vllo regressu pedes pugnãs/ super ingentẽ stragem quã ipse fecerat corruit Cuius capite/hũero/femore saucio oculo eruto/scuto vno et trigĩta ictibus perfossũ apparuit. tales ĩ castris diui Iulii disciplĩa milites aluit. Quorũ alter

dextera/alter oculo amisso/hostibus inhesit. Ille post hanc iacturam victor/hic de hac quidem iactura victus.

Vũ vero Sceuola in exuperabilē spiritum/ in vtra parte rerum nature/ qua admiratione prosequar nescio.quoniā excellenti virtue tua dubium reliquisti/ inter vndas ne pugnā fortiorem edideris/an in terra vocem emiseris.

BEllo nāq; quo Caius cesar nō contentus opera sua litoribus occeani claudere/britannice īsule celestes īiecit manus/ cum quatuor commilitonibus rate transuectus in scopulū vicinum insule quam hostium ingentes copie obtinebant/ postq; estus regressu suo spatiū quo scopulus et insula diuidebantur/in vadum transitu facilem redegit/ ingēti multitudine barbarorum affluente/ ceteris rate ad litus regressis solus immobilem stationis gradum retinens/ vndiq; ruentibus telis/ et ab omni parte acri studio ad inuadendum nitentibus/ quinq; militum diurno prelio suffectura pila/ vna dextera hostium corporibus adiecisti. Ad vltimum destricto gladio audacissimum quēq; modo vmbonis impulsu modo mucronis ictu depellens/hinc romanis/ illinc britanicis oculis incredibili(dum cernereris)spectaculo fuisti.postquam demum ira ac pudor cuncta conari fessos coegit tragula femur traiectus/ saxiq; pondere ora contusus/ galea iam ictibus discussa/ et scuto crebris foraminibus assumpto/ profundo te credidisti. Ac duabus loricis

onuſtus inter vndas quas hoſtili cruore infeceras enaſti.
Viſoq; imperatore/ armis non amiſſis ſed bene impenſis (cū laudem merereris) veniā petiſti. manus prelio/ ſed maior diſcipline militaris memoria. Itaq; ab optimo virtutis eſtimatore/ tum facta/ tum etiam verba centurionatus honore donata ſunt.

SEd quod ad preliatorum excellentem fortitudinem attinet/ merito Lucii ſicii dentati commemoratio omnia Romana exempla finierit. Cuius opera honoreſq; operum vltra fidem ueri excedere iudicari poſſent/ niſi ea certi auctores inter quos Marcus Varro monumentis ſuis teſtata eſſe voluiſſent quem centies et vigies ī aciem deſcendiſſe tradūt. eo robore animi atq; corporis vtētem/ vt maiorem ſemper victorie partem traxiſſe videretur. Sex et triginta ſpolia ex hoſte retuliſſe. quorum in numero octo fuiſſe cū quibus īſpectante vtroq; exercitu/ ex prouocatione dimicaſſet. quatuordecī ciues ex media morte raptos ſeruaſſe quīq; et quadraginta vulnera ī pectore excepiſſe/ tergo cicatricibus vacuo. Nouē triūphales īperatorū currus ſecutū. tocius ciuitatis oculos in ſe numeroſa donorum pōpa conuertentem. Preferebantur enim auree corone octo. ciuice quatuordecī. murales tres. obſidionalis vna. torques centum ſeptuaginta octo. armille centum ſexagīta. haſte decemocto. pharetre viginti quinque. ornamenta etiam legioni nedum militi

satis multa.

ILle quoq; ex pluribus corporibus in vnum magna cum ammiratione/calibus Capue cruor confusus est. In quo oppido cum Fuluius flaccus Campanam perfidiam/ prīcipes ciuitatis ante tribunal suum capitali supplicio afficiendo vīdicasset/litterisq; a senatu acceptis/finem pene eorum statuere cogeretur/ vltro se ei Titus iubelius taurea campanus obtulit/et quam potuit clara voce īquit/ quoniam Fului tā ta cupiditate hauriendi sanguinis nostri teneris/quid cessas in me cruentam securem distrīgere? vt gloriari possis/fortiorem aliquando virum ꝙ ipse es/tuo iussu esse interēptū? Eodem dicente/libenter id se fuisse facturum/ nisi senatus voluntate impediretur. ac me īquit cui nichil. P. c. precepe runt/aspice/ oculis quidem tuis gratum / animo vero tuo maius opus edentem. protinusq; interfecta coniuge/ ac liberis gladio incubuit. Quem illum virum putemus fuisse/ qui suorum ac sua cede testari voluit/se fuluii crudelitatem sugillare/ꝙ senatus misericordia vti maluisse?

Ge/Darii quantus ardor animi. Qui cū sordida et crudeli magorum tirannide persas liberaret/vnumq; ex his obscuro loco abiectum corporis pondere vrgeret/preclari operis socio plagam ei inferre dubitanti/ ne dum magum petit ipsum vulneraret/ tu vero inquit nichil est quod respectu mei timidus gladio vtaris. Vel per vtrumq; illud

agas licet/dum hic quam celerrime pereat.

Hc loci Leonidas nobilis ſpartanus occurrit. cuius pro poſito/opere exitu nichil fortius. Nam cum trecentis ciui= bus apud Termophilas toti Aſie obiectus / grauem illum et mari et terre xerſen(nec hominibus tantum terribilem/ ſed Neptuno quoq; compedes / et Celo tenebras minitātē) pertinatia virtutis ad vltimam deſperationem redegit. Ce= terum perfidia et ſcelere īcolarū eius regionis/ et loci opor tunitate qua plurimum adiuuabatur ſpoliatus / occidere di micans / quam aſſignatam ſibi a patria ſtationem deſerere maluit. Ideoq; tam alacri aīo ſuos ad id preliū quo perituri erant cohortatus eſt / vt diceret ſic prandete commilitones tanquam apud inferos cenaturi. Mors erat denunciata lace demoniis/ perinde ac victoria eſſet promiſſa / ductori intre pidi paruerunt.

O Thyrade quoq; pugna pariter ac morte ſpecioſa/ thi= reatrum/laude quam ſpatio latius ſolum cernitur. Qui ſā guine ſuo ſcriptis litteris. direptam hoſtibus victoriam nō tantum poſt fata ſua / in ſinum patrie cruento trophei titu lo retulit.

xcellētiſſimos Spartane virtutis prouentus/miſerabilis lapſus ſequitur. Epaminundas maxima Thebarum felici tas / idemq; Lacedemoniis prima clades / cum vetuſtam eius vrbis gloriam inuictamq; ad id tempus publicam

virtutem! apud Leuctram et Mantineā secundis preliis cō tudisset! traiectus hasta sanguine et spiritu deficiens! recreare se conantes! primum an clipeus suus saluus esset! deīde an penitus fusi hostes forent interrogauit? Que postquā exanimi sententia comperit! non finis inquit commilitones vite mee / sed melius et altius inicium aduenit. Nunc enim vester epaminundas nascitur! quia sic moritur Thebas (ductu et auspiciis meis) caput grecie factas video. et fortis et animosa ciuitas Spartana iacet armis nostris abiecta. amara domīatione gretia liberata est. Orbus quoqz (non tamen sine liberis) morior. Quoniam mirificas filias Leuctram et Mantineam relinquo. E corpore deinde suo hastā educi iussit. eoqz vulnere expirauit. Quod si eum dii immortales victoriis suis perfrui passi essēt! gloriosior patrie menia intrasset.

¶ Ne Teramenis quidem atheniensis ī publica custodia mori coacti parua mentis constantia! in qua triginta tirannorum iussu porrectam veneni potionem! non dubitanter hausit. Quodqz ex ea superfuerat / iocabundus illi sum humo et clarum edere sonum coegit. Ridensqz seruo publico qui eam tradiderat! Cretie inquit propino. Vide igitur vt hoc poculum ad eum continuo perferas. Erat autem is ex triginta tirannis crudelissimus. Profecto supplicio est se liberare! tā facile suppliciū perpeti. Itaqz Terameues

perinde atq; in domestico lectulo moriens vita excessit. ini=
micorũ existimatione punitus/ suo iudicio finitus. sed The
ramenes a litteris et doctrina virilitatem traxit.

NVmantino vero Theogeni/ad consimilem virtutem ca=
pescendam/quasi magistra gentis sue ferocitas extitit. Per
ditis namq; et afflictis rebus numãtiorum/cum omnes ci=
ues nobilitate/pecunia/ honoribus prestaret/ vicum suum
qui in ea vrbe speciosissimus erat/ contractis vndiq; nutri=
mentis ignis incendit. Protinusq; strictum gladium ĩ me
dio posuit. ac binos inter se dimicare iussit/ vt victus incisa
ceruice ardentibus tectis superiaceretur. Quicum tam for
ti lege mortis omnes assumpsisset / ad vltimum se ipse flã
mis immersit.

Erum vt eque. p. ro. inimice vrbis excidium referã/Car
tagine capta/ vxor Hasdrubalis exprobata eius impietate/
quod a Scipione soli sibi ĩpetrare vitam contentus fuisset/
dextra leuaq; comunes filios mortẽ non recusantes trahẽs/
incendio se flagrantis patrie obiecit.

MVliebris fortitudinis exẽplo/eque fortem duarum puel
larum casum aditiam. Cũ pestifera seditione Syracusarũ
tota regis Gelonis stirps euidentissimis exhausta cladibus
ad vnicam filiam Harmoniam virginem esset redacta / et ĩ
eam certatim ab inimicis impetus fieret/ nutrix eius equa
lem illi puellam regio cultu ornatam / hostilibus gladiis

de patientia

I

subiecit. Que nec cum ferro quidem trucidaretur / cuius es set cōditionis edisseret / proclamauit admirata illius animū Harmonia. et tāte fidei constantiam superesse non sustinu it / Reuocatosq interfectores professa quenam esset / in cede suam conuertit. Itaq alteri tectum mendatium / alteri veri tas aperta vite finis fuit.

Capitulum tertium de patientia.

Egregiis virorum pariter ac feminarum ope ribus fortitudo se oculis hominū subiecit. patientiamq in medium procedere hortata est / non sane infirmioribus radicibus stabilitam. aut minus generoso spiritu abundantem. sed ita similitudine iunctam ut cum ea vel ex ea nata videri possit.

QVid enim hiis que supra retuli facto Mucii conuenien= tius / qui cum a Porzenna rege Etruscorum vrbem nostrā graui ac diuturno bello vrgeri egre ferret castra eius clam ferro cinctus intrauit / immolātemq ante altaria occidere co natus est. Ceterum inter molitionem pii pariter ac fortis propositi oppressus / nec causam aduentus texit / et tormen ta quantopere contempneret mira pacientia ostendit. Pero sus enim credo dexteram suā quod eius ministerio in cede regis vti nequisset / iniectā foculo exuri passus est. Nullū profecto dii immortales admotum aris cultum / attentiori= bus oculis viderunt. Ipsum quoq Porzennam oblitum pe

de mucio Scevola

riculi sui fere vt videtur/ vltionem suam vertere in admira tionem coegit. Nam reuertere inquit ad tuos Muci/ et eis refer te cum vitam meam petieris/ a me vitam donatum. cuius clementiam non adulatus mutius/ tristior Porzenne salute quam sua letus/ vrbi se cum eterne glorie cognomīe Sceuola reddidit.

+ Ompeii etiam probabilis virtus. qui dum legationis officio fungitur/ a Gentio interceptus/ cum senatus consilia prodere iuberetur/ ardenti lucerne admotum digitum cremandum prebuit. eaqꝫ patientia regi simul et desperationē tormentis quicquam ex se cognoscendi excussit. et expetendae po. ro. amicicie/ magnam cupiditatem ingenerauit.

AEne plura huiusce generis exempla domi scrutando/ sepius ad ciuilium bellorum detestandam memoriam progredi cogar duobus romanis exemplis contentus/ que vt clarissimarum familiarum commendationem/ ita nullum publicum merorem continent/ externa subnectam.

+ Etusto macedonie more regi Alexandro nobilissimi pueri presto erant sacrificanti. E quibus vnus thuribulo arrepto/ ante ipsum perstitit. In cuius brachio carbo ardens delapsus est. Quo etsi ita vrebatur/ vt adusti corporis eius odor ad circunstantium nares perueniret/ tamen et dolorē silentio pressit/ et brachium immobile tenuit/ ne sacrificiū Alexandri aut concusso thuribulo impediret/ aut edito ge=

mitu regias aspergeret aures. Rex quoqꝫ pacientia pueri magis delectatus/hoc certius perseuerantie experimentum sumere voluit. Consulto enim sacrificauit diutius. nec hac re eum proposito repulit. Si huic miraculo Darius oculos inseruisset/scisset eius stirpis milites vinci non posse/cuius infirmam etatē tanto robore preditam animaduertisset.

Et et illa vehemēs et cōstās animi militia/litteris pollēs venerabiliū doctrine sacrorū antistes philosophia. que vbi pectore recepta est/ hominem inhonesto atqꝫ inutili affecto dispulso/totum insolide virtutis munimēto confirmat. potentiusqꝫ metu faciens ac dolore.

INcipiam autem a zenone elenate Qui cum esset in despicienda rerum natura maxime prudentie/inqꝫ exitandis ad vigorem iuuenum animis promptissimis/ preceptorum fidem exemplo virtutis sue publicauit. Patriam enim egressus in qua frui secura libertate poterat/ agrigentum miserabili seruitute obrutum petit. Tanta fidutia ingenii ac morum suorum fretus/vt sperauerit et a tiranno et a Phalari vesane mentis feritatem per se dirípi posse. Postquam deinde apud illum plus consuetudinem dominationis/quam cōsilii salubritatem valere animaduertit/ nobilissimos eiusdē ciuitatis adolescentes cupiditate liberande patrie inflammauit. Cuius rei cum iudicium ad tirannum manasset/conuocato in forum populo torquere eū vario crutiatus genere

crepit. Subinde querens quos nam consilii participes habe=
ret? At ille neq; eorum quempiam nominauit! et proximū
quemq; ac fidissimum! tiranno suspectum reddidit. Increpi
tansq; Agrigentinis ignauiam ac timiditatem! effecit / ut su
bito mentis impulsu! concitati Phalarim lapidibus prostet
nerent. Senis ergo vnius eculeo impositi non supplex vox
nec miserabilis eiulatus! sed fortis cohortatio! totius vrbis
animum fortunamq; mutauit.

Eiusdem nominis philosophus cum a Clearco tiranno de
cuius nece consilium inierat torqueretur! supplicii pariter
atq; (indicandorum gratia consciorū) doloris uictor! sed vlti
onis cupidus dixit esse aliquid quod secreto audire eum ad=
modum expediret. Laxatoq; eculeo! postquā insidiis opor=
tunum tempus animaduertit! aurē eius morsu corripuit.
Nec ante dimisit / q̄ et ipse vita! et ille parte corporis priua
retur.

Alis pacientie emulus Anaxarchus! cum a tiranno Ci=
prorum Nicrocreōte torqueretur! nec vlla vi inhiberi pos=
set! quo minus eū amarissimorū maledictorū verberibus in
uicem ipse torqueret! ad vltimū āputationē lingue minitāti
non erit (inquit) effeminate adolescens hec quoq; pars cor=
poris mei tue ditionis. Protinusq; dentibus abscisam et cō
manducatam linguam! in os eius ira patens expuit.

MVlterum aures illa lingua et in primis Alexādri regis

admiratione sui attonitas habuerat/ dum terre conditionẽ/ habitum maris/siderum motus/totius deniq mundi natu ram/prudentissime et facundissime expromsit. Pene ta= men occidit gloriosius ꝙ viguit. quia tam forti fine illustrẽ professionis actum comprobauit. Anaxarchiq vitã nõ mo= do deseruit/sed mortem reddidit clariorem.

IN Theodoto quoq viro grauissimo Hieronimus tyrãnus tortorum manus frustra fatigauit. Rupit enim verbera/fi diculas laxauit soluit eculeum. laminas extinxit/priusquam efficere potuit/vt tyrannicidii cõscios indicaret. Quin etiã satellitem in quo totius dominationis summa quasi quodã cardine versabatur/falsa criminatione inquinando / fidum lateri eius custodem eripuit. beneficioq pacientie non solũ que occulta fuerunt texit/sed etiam tormenta sua vltus est. Quibus Hieronimus dum inimicum cupide lacerat/ ami= cum temere perdidit.

Apud Indos vero pacientie meditatio tam obstinate vsur pari creditur / vt sint qui omne vite tempus nudi exigant. modo Caucasi montis gelido rigore corpora sua durantes/ modo flãmis sine vllo gemitu obiciẽtes/atq his haud par= ua gloria contemptu doloris acquiritur/titulusq sapientie datur.

HEc e pectoribus altis et eruditis orta sunt Illud tamen non minus admirabile seruilis animus cepit/Seruus Bar=

barus hasdrubalem (q dominum suum occidisset grauiter ferens) subito aggressus interemit. Cunq comprehensus omni modo cruciaretur. letitiā tamen quā ex vindicta cepe rat / in ore constantissime retinuit.

On ergo fastidioso aditu virtus excitata / inuida ingenia ad se penetrare patitur. Neq haustum sui cum aliquo personarum discrimine largum malignum ve prebet. Sed omnibus equaliter exposita / quid cupiditatis potius q̄ quid dignitatis attuleris / estimabit. inq captu bonorum suorum tibi ipsi pondus examinandum relinquet / vt quantum sub ire animo sustinueris / tantum tecum afferas. Quo sepe ve nit / vt et humili loco nati / ad summam dignitatem consurgant. et generosissimarum imaginum fetus in aliquod reuolutū dedecus / acceptam a maioribus lucem in tenebras conuertat. Que quidem planiora suis exemplis redduntur at prius de his ordiar / quorum in meliorem statum facta mutatio / splendidam relatu prebet materiam.

Ca. iiii. Qui humili loco nati clari euaserunt.

Incunabula Tulli hostilii / agreste tuguriū cepit. eiusdem adolescentia in pecore pascendo fuit occupata. validior etas imperiū romanum rexit. et duplicauit senectus excellentissimis ornamentis decorata / in altissimo maistatis fastigio fulsit. Verum Tullus et si magnus et admirabilis incrementi / domesticū

I

tamen exemplum est.

TArquinium autem ad romanum imperium occupandū fortuna in vrbem nostram aduexit. alienum ex actu alienigenorū: quod ortū ex corītho. fastidiēdū: quod patre mercatore genitum. erubescendum: quod etiam exule demorato natū. Ceterum tam in prosperis conditionis sue euentum industriotum: pro inuiso gloriosum reddidit. Dilatauit enim romani imperii fines. cultum deorū nouis sacerdotiis auxit. numerum senatus amplificauit. equestrem ordinem vberiorem reliquit. Queqꝫ laudum eius consummatio est: preclaris virtutibus effecit: ne hec ciuitas penitentiā ageret quod regem a finitiuis potius mutuasset: q̃ꝫ de suis legisset.

IN Tullio vero seruio fortuna precipue vires suas ostēdit: vernam huic vrbi natum: regem dando. Cuiquidē diutissime imperium obtinere, quater lustrum condere: ter triumphare cōtigit. ad summum autem vnde processerit: aut quo peruenerit: statue ipsius titulus abunde testatur Seruili cognomine: et regia appellatione perplexus.

MIro gradu Varro quoqꝫ ad consulatum e macellaria patris taberna conscendit.

Quidem fortuna parū duxit sordidissime mercis capturis solito duodecim faces largiri: nisi etiā. L. emilium paulum dedisset collegam. atqꝫ ita se in eius signum infudit: vt cū apud Cānas culpa sua vires populi romani exhausisset:

Paulum quoqꝫ qui prelium committere voluerat occidi pa teretur / illum in vrbem incolumem reduceret. Quinetiā se natum gratias ei agentem / quod redire voluisset / ante portas eduxit. excuditqꝫ / vt grauissime cladis auctori etiam dictatura deferretur.

NOn paruus consulatus rubor Marcii perpenne. vtpote qui consul ante ꝙ ciuis. sed in bello gerendo vtilior aliquāto rei publice Varrone imperatore. regem enim Aristonicum cepit. Crassianeqꝫ stragis punitor extitit. Cum interī cuius vita triumphauit / mors Papia lege dānata est. Nāqꝫ patrem illius nichil ad se pertinentia ciuis romani iura cōplexum / Sabellii iudicō petitum / redire in pristinas sedes coegerunt. Ita. M. perpenne nomen adumbratum. falsus consulatus. caliginis simile imperium caducus triumphus. aliena in vrbe improbe peregrinatus est.

Vero porcii catonis incrementa publicis votis expetenda fuerunt. qui nomen suum Tusculi ignobile / rome nobilissimum reddidit. Ornata sunt enim ab eo litterarum latinarum monumenta / adiuta disciplina militaris / aucta maiestas senatus / prorogata familia in qua maximum decus posterior ortus est Cato.

SEd vt romanis externa iungamus / Socrates non solum hominum consensu verum etiam Apollinis oraculo sapiētissimus iudicatus / phanarete matre obstitrice / et Sophro

nico patre marmorario genitus ad clariſſimū glorie lumen exceſſit. neq̧ immerito. nam cum eruditiſſimorum virorū ingenia in diſputatione ceca vagarentur / menſuras que ſolis / ac lune et ceterorum ſiderum / loquacibus magis q̃ certis argumentis explicare conarentur / totius etiam mundi ambitum complecti auderent / primus ab his indoctis erroribus abductum animum ſuum in intima conditionis hūane / et in receſſu pectoris repoſitos affectus ſcrutari coegit / ſi virtus per ſe ipſam eſtimetur vite magiſter optimus.

QVam matrem Euripides / aut quem patrem Demoſthenes habuerit / ipſorū quoq̧ ſeculo ignotū fuit. Alterius aūt matrē olera / alterius vero patrem cultellos vendicaſſe / omnium pene doctorum littere loquuntur. Sed quid aut illius tragica / aut huius oratoria vi clarius?

Ca. v. Qui a parentibus claris degenerauerunt.

SEquitur duplicis promiſſi pars / adopertis illuſtrium virorum imaginibus reddenda. quoniāquidē ſunt referendi qui ab earum ſplendore degenerauerūt / teterrimis ignauie ac nequicie ſordibus imbuta nobilia portēta. Quid enim monſtro ſimilius / q̃ ſuperioris Africani filius Scipio? qui in tanta domeſtica gloria ortus / a paruulo admodū regis anthiochi preſidio capi ſuſtinuit. cū ei volūtaria morte abſumi ſatius fuerit / q̃ inter duo fulgentiſſima cognoīa patris et patrui / altero oppreſſa Africa iam parto / Altero

maiore ex parte recuperata Asia / surgere incipiēte: manus vinciendas hosti tradere. eiusq; beneficio precarium spiritum obtinere: de quo mox Lucius scipio speciosissimū deorum hominumq; oculis subiecturus erat triumphum.

IDem preture petitor / candidam togam adeo turpitudinis maculis obsolefactam in campum detulit: vt nisi gratia Cicerei qui patris eius scriba fuerat / adiutus esset: honorē a populo impetraturus non videretur. Quamquam quid interfuerit: vtrum repulsam: an sic adeptam preturam domum referret? Quam cum propinqui ab eo pollui animaduerterent: id egerunt ne aut sellam ponere / aut ius dicere auderet. insuperq; e manu eius annulum in quo caput Africani sculptū erat detraxerunt. Dii boni quas tenebras equo fulmine nasci passi estis?

De. Q. fabii maximi Allobrogi et cuius et imperatoris clarissimi filius. Q. fabius maximus q̄ perditam luxuria vitam egit. Cuius vt cetera flagitia obliterentur: tamē abū de illo dedecore mores nudari possūt: quod ei Quintus pōpeius pretor vrbanus paternis bonis interdixerit ingressū. neq; in tanta ciuitate qui illud decretum reprehenderet inuētus est: Dolenter enim homines ferebant pecuniam que fabie gentis splendori seruire debebat: flagitiis diffluti. Ergo quem nimia patris indulgentia heredem reliquerat: publica seueritas exheredauit.

POssedit fauorem plebis Claudius pulcher. adheresq; ful uiane stole pugio/militare decus muliebri imperio subiectū habuit. Quorū filius pulcher preter quā eneruā et frigidam iuuentam egit. perdito etiam amore vulgatissime meretricis / infamis fuit. mortisq; erubescendo genere mensa consumptus est. Auide enī abdomine deuorato / fede ac sordide intemperantie spiritum reddidit.

Am Quinti quidem hortensii (qui in maximo et ingenuorum ciuium et amplissimorum prouentu / summū auctoritatis atq; eloquentie gradum obtinuit) nepos hortēsius corbio / omnibus scortis abiectiorem et obsceniorem vitam exegit. Ad vltimumq; lingua eius tam libidini cunctorum inter lupanaria prostitit / q̄ aui pro salute ciuium in foro excubuerat.

ANimaduerto ī quam periculosum iter processerim. Itaq; me ipsum reuocabo / ne si reliqua euiusdem generis naufragia perseuerauero consectari / aliqua inutili relatione impliter. Referam igitur pedem. Deformesq; vmbras in imo gurgite turpitudinis sue iacere paciar. Satius est enim narrare qui illustres viri in cultu ceteroq; vite ritu / aliqua ex parte nouando sibi indulserint.

Capitulum Sextum. Qui ex illustribus viris in veste aut in cetero cultu sibi licētius q̄ mos patrius permittebat indulserint.

Scipio cum in scicilia augendo traiciendoq; exercitu / i africā oportunū querendo gradū cartaginis ruinā animo uolueret / īter consilia ac molitiones tante rei operā gymnasio dedit. pallioq; et crepidis vsus ē. nec hac re segniores punicis exercitibus manus ītulit. sed nescio an ideo alacriores. qz vegeta et strenua īgenia quo plus recessus sumūt / hoc vehemētiores īpetus edunt. Crediderī etiā fauorē eū sociorū vberiorē se adepturū estimasse / si vitā eorū et solēnes exercitationes cōprobasset. ad quas tamē veīebat / cū multū ac diu fatigasset. humeros et cetera mēbra militari agitacōe firmitatē suā probare coegisset. cōsistebatq; ī his labor eius / ī illis remissio laboris.

QVero Scipionis statuam clamidatam et crepidatam ī capitolio cernimus. quo habitu videlicet quia aliquando vsus erat / effigiem suam formatam poni voluit.

Quoq; silla cum imperator esset / clamidato sibi habitu / et crepidato Neapoli ambulare / deforme non duxit.

C Autē duellius qui prius naualē triumphū ex Penis retulit / quotienscūq; epulaturus erat / ad funalē cereū (preunte fidicine et tybicine) a cena domum reuerti solitus est. īsignem bellice rei successum nocturna celebracōe testando.

Am Papirius quidem masso cum bene gesta rei publice triūphū a senatu non īpetrauisset / in Albano monte triūphādi et ipse īicium fecit / et ceteris postea exēplū prebuit.

prebuit. Proq laurea corona (cum alicui spectaculo ītereēt) mirtea vsus est.

Am Caii marii / pene insolens factum. nam post iugurthinum. Cimbricunq / et Teutonicū triumphū / cantharo semper potauit. Quia liber pater / indicum ex Asia deducēs triumphum / hoc vsus poculi genere ferebatur / vt inter ipsum haustum vini / victorie eius / suas victorias cōpararet.

M Autem Cato pretor / M. scauri / ceterorūq reorum iudicia nulla indutus tunica / sed tātummodo pretexta amictus egit. Sed hec atq his similia / virtutis aliquid sibi in consuetudine nouanda licencie sumentis / indicia sunt. Illis autem que deinceps subnectam / quam sui fiduciam virtus habere soleat / cognoscetur.

Capitulum Septimum De fiducia.

PVblio et Cn. Scipionibus / in hispania cum maiore parte exercitus / acie punica oppressis / omnibusq prouīcie eius nationibus cartaginensium amiciciam secutis / nullo ducū nostrorū illuc ad corrigendam rem proficisci audente / Scipio quartum et vigesimum agens annum iturū se pollicitus est. Quaquidē fiducia populo Ro. salutis ac victorie spem dedit.

EAdemq in ipsa Hispania vsus est. Nam cum opidum Badiam circumsideret / tribunal suum adeuntis in edem que intra menia hostium erat / vadimonia in posterū diem

facere iussit. Continuoque vrbe potitus: et tempore et loco quo predixerat sella posita: ius eius dixit. Nichil hac fiducia generosius. nichil predictione verius. nichil celeritate efficatius. nichil etiam dignitate dignius.

Ec minus animosus minusve prosper illius in Africā transitus. In quam ex Scicilia exercitum (senatu vetante) transduxit. quia nisi plus in ea re suo q̄ patrum conscriptorum consilio credidisset: secundi punici belli finis inuictus non esset.

Vi facto par illa fiducia: quod postquam Affricam attigit: speculatores Hannibalis in castris deprehēsos et ad se perductos: nec supplicio affecit: nec de consiliis ac viribus Penorum percontatus est. sed circa omnes manipulos diligentissime ducendos curauit. Interrogatosque an satis ea cōsiderassent que speculari iussi erant: prandio dato ipsis iumentisque eorum: īcolumes dimisit. Quo tam pleno fidutie spiritu: prius animos hostium q̄ arma contulit.

Erum vt ad domestica eius eximie fiducie acta veniamus: cum a Lucio Scipione ex Anthiocensi pecunia sextercii quadragies ratio in curia reposceretur: perlato ab eo libro: quo accepte et expense summe continebantur: et quo refellique inimicorum accusatio poterat: discessit. Indignatus de ea re dubitari: que sub ipso legato admīstrata fuerat. Quinetiam in hunc modum egit. Non reddo

patres conſcripti erario veſtro ſextercii quadragies ratione alieni imperii miniſter/ quod meo ductu / meiſq; auſpiciis/ bis millies ſextertio vberius feci. neq; enim huc puto eo malignitatis ventum/ vt de mea innocentia querendum ſit. nam cum africam totam poteſtati veſtre ſubiecerim / nichil ex ea quod meum diceretur. preter cognomen retuli. Non me igitur punice / non fratrem meum aſiatice gaze auarum reddiderunt. ſed vterq; noſtrum / inuidia magis / q̃ pecunia locupletior eſt.

TAm conſtantem defenſionem Scipionis vniuerſus ſenatus comprobauit. Sicut illud factum. quod cum ad neceſſarium rei publice vſum haberet / ex erario promi opus eſſet / idq; queſtores (quia lex obſtare videretur) aperire nõ auderent / priuatis claues popoſcit / patefactoq; erario legẽ vtilitati cedere coegit. Quamquidem ei fiduciam conſcientia illa dedit / qua meminerat omnes leges a ſe eſſe ſeruatas.

NOn fatigabor eiuſdem facta idemtidem referendo. quoniam nec ille quidem in conſimili genere virtutis edẽdo fatigatus eſt. Diem illi ad populum Marcus neuius. Tr. pl. aut vt quidam memorant / duo Petilii dixerant. Quo ingẽti frequentia in forum deductus roſtra conſcendit. Capitiq; ſuo corona triumphali impoſita / hoc ego (inquit) Quirites die / Cartaginem magna ſperantem / leges veſtras accipere iuſſi. Proinde equum eſt vos mecum ire in capitolium

supplicatū. Speciosissimā deinde eius vocē eque clarus euē tus secutus est. Siquidem et senatum totum et vniuersum equestrem ordinem et cunctam plebem Iouis optimi maxi mi puluinaria petens / comitem habuit. Restabat vt tribu= nus apud populum sine populo ageret. desertusq in foro cum calumnie magno sue ludibrio solus moraretur. Cuius deuitandi ruboris causa / in capitolium processit. Deq accu satore Neuius venerator factus est.

Auiti spiritus egregius successor Scipio emilianus / cū vrbem preualidam obsideret / suadentibus quibusdā vt cir= ca menia eius ferreos murices spargeret / omniaq vada plū batis tabulis consterneret habentibus clauorum cacumina ne subita eruptione hostes in presidia nostra impetum face re possent / Respondit. non esse eiusdē et capere aliquos vel= le / et timere.

In quamcunq memorabilium partem exemplorum cō= uertar / velim nolim ve / in cognomine scipionum heream necesse ē. Qui. n. hoc loci licet Nasicā preterire / fidētis ani mi dictiq clarissimū auctorē. Annone caritate increbescēte / C. curiacius tribunus plebis perductos in concionē cōsules compellebat / vt de frumēto emendo atq id negotium expli candum mittendis legatis in curiam referrent. Cuius insti tuti minime vtilis interpellandi gratia / Nasica contrariam actionem ordiri cepit. Obstrepente deinde plebe / tacete

queso quirites inquit. Plus ego enim q̃ vos : quid rei pu. expediat intelligo. Qua voce audita : omnes pleno venerationis scilentio : maiorem auctoritatis eius q̃ suorum alimentorum respectum egerunt.

Vcii quoq; salinatoris eterne memorie tradendus animus. Qui cum Hasdrubalem exercitumq; Penorũ ĩ Vmbria delesset : et ei diceretur gallos ac ligures ex acie sine ducibus et signis sparsos : ac palẽtes parua manu opprimi posse : respondit in hoc eis oportere parci : ne hostibus tante cladis : domestici nuncii deessent. Bellica hec presentia animi : togata illa sed non minus laudabilis : q̃ Publius Furius philus consul in senatu exhibuit. Quintum enim metellum : quintumq; pompeium consulares viros vehementes inimicos suos : cupidam sibi profectionem in prouinciam Hispaniam quam sortitus erat : identidem exprobrantes : legatos secum illuc ire coegit. fidutiam non solum fortẽ : sed pene etiam temerariam : que duobus acerrimis odiis latera sua cĩgere ausa est : vsumq; ministerii vix tutum ĩ amicis : e sinu inimicorum petere sustinuit.

Cvius factũ si cui placet necesse ẽ. L. etiã classii (qui apud maiores eloquẽtia clarissimus fuit) propositũ nõ displiceat Nã cũ ex cõsul prouĩciã galliã obtineret : atq; ĩ eã. Cn. Carbo cuius patrẽ dãnauerat : ad speculãda acta sua venisset : nõ solum eum inde nõ sũmouit : sed insuper locũ ei ĩ tribunali

a Tignauit. nec illa dere nisi eo i consiliū adhibito cognouit Itaq; acer et vehemens carbo/ nichil aliud Gallica peregri=natione consecutus est/ q̄ vt animaduerteret recte patrē suum sontem ab integerrimo viro in exilium missum.

CAto vero superior sepennmero ab inimicis ad cause dictionem vocatus est. nec vllo vnquam crimine conuictus. ad vltimum tantum fiducie in sua innocentia reposuit / vt ab his ī questionem publicam deductus/ Tiberium gracchū/ a quo in administratione rei publice ad multum odium dissidebat/ iudicem deposceret. quaquidem animi prestantia/ pertinatiam eorum insectandi se inhibuit.

IDem. M. scauri fortuna/ eque senectus longa ac robusta idem animus. qui cum pro rostris accusaretur/ quod ab rege Mitridate (ob rem publicam prodendam) pecuniam accepisset/ causam suam ita egit. Est enim iniquum quirites/ cum inter alios vixerim/ apud alios me rationem vite reddere. Sed tamen audebo vos (quorum maior pars honoribus et actis meis ītereße non potuit) interrogare. Varius seuerus Veronensis/ Emilium scaurum regia mercede corruptum/ imperiū. p. r. prodidiße ait. Emilius scaurus huic se affinē eße culpe negat. Vtri creditis/ Cuius dicti admiratione populus commotus / Varium ab illa dementissima actione pertinaci clamore/ depulit.

COntra. M. Antonius ille disertus/ non enī respuēdo/ sed

amplectando cause dictionem / quam innocens esset testatus est. Questor proficiscens in Asiam Brondusium iam peruenerat. Vbi litteris certior / incesti se postulatum apud Lucium Cassium pretorem: cuius tribunal propter nimiā seueritatem scopulus reorum dicebatur: cum id vitare beneficio legis mēnie liceret: que eorum qui. r. p. causa abessent: recipi nomina vetebat: in vrbem tamen recurrit. Quo pleno fiducie bone consilio / tum absolutionem celerem: tū profectionem honestiorem consecutus est.

SVnt et illa speciose fiducie publica exēpla. Nā cū eo bello quod aduersus Pyrrhū gerebatur. Cartaginenses centū ac triginta nauiū classem / i presidium Romanis ostiā vltro misissent: senatui placuit legatos ad ducem eorū ire: qui dicerent populum romanū bella suscipere solere: que suo milite gerere posset. Proinde classem Cartaginem reducerēt.

Idem post aliquot annos Cannensi clade exhaustis Romani imperii viribus: supplementum in Hispaniam exercitum mittere ausus: fecit ne locus hostiliū castrorum: tū maxime Capenam portam armis Hannibale pulsante: minoris veniret: q̄ si illum Peni non obtinerent. ita se gerere in aduersis rebus: quid aliud est q̄ seuientem fortunam in adiutorium sui / pudore victam: conuertere?

MAgno spacio diuisus est a senatu ad poetam Accium trāsitus. Ceterum vt ab eo decētius ad externa transeamus.

producatur in medium.

S Iulio cesari amplissimo ac florentissimo viro in collegium poetarum venienti / nunquam assurrexit. Non maiestatis eius immemor / sed quod in comparationem communium studiorum aliquanto se superiorem esse confideret. Quapropter isolentie crimine caruit / quia ibi voluminum non imaginum certamina excercebantur.

NE Erupides quidē Athenis arrogans visus est / cū postulante populo vt ex tragedia quandam sententiam tolleret / progressus in scenam dixit / se vt eum doceret / non vt ab eo disceret fabulas componere solere. Laudanda profecto fiducia est / que estimationem sui certo pondere examinat. Tantum sibi arrogans / quantum a contemptu et insolentia distare satis est.

Taq; etiam quod acelstidi tragico poete respondit Euripedes probabile. apud quem cum quereretur. q̄ eo triduo non vltra tres versus maximo impenso labore producere potuisset / atq; is se centum perfacile scripsisse gloriaretur / sed hoc inquit interest. quod tui in triduum tantummodo / mei vero in omne eui tempus sufficient. Alterius enim fecuudi cursus scripta intra primas memorie metas corruerunt / alterius cunctante stilo elugubratum opus / per omē eui tempus plenis glorie velis feretur.

AD Diciam scene eiusdem exemplum. Autigenidas tibicen /

discipulo suo magni profectus/ sed parum feliciter a popu lo approbato cunctis audiētibus dixit. Michi cane et musis. Quia videlicet perfecta ars / fortune lenocinio defecta/ iusta fiducia non exuitur. Quam quisque se scit laudem mereri eam si ab aliis non impetrat/ domestico tamen acceptam iu dicio refert.

Z Euxis autem cum helenam pinxisset / quid de eo opere homines censuri essent expectandum non putauit/ sed protinus hos versus grecos adiecit.

Adeo ne dextre sue multum pictor arrogauit / vt ea tantū forma comprehensum crederet/ quantum aut Leda celesti partu edere/ aut Homerus diuino īgenio exprimere potuit

P Hidias quoque Homeri versibus egregio dicto allusit. simulacro enim Iouis olimpii perfecto/ quo nullum prestātius aut admirabilius humane fabrice manus fecit/ interrogatus ab amico quonam mentē suā dirigēs/ vultū iouis propemodū ex ipso celo petitū eboris lineamētis esset āplexus/ illis se versibus quasi magistro vsum respondit.

NOn patiuntur me tenerioribus exemplis diutius insiste=
re fortissimi duces . Equidem Epaminondas cum ei ciues
irati/sternendarum in opido viarum contumelie causa curã
mandarent(erat enim illud ministerium apud eos sordidis
simum)sine vlla conctatione id recepit. daturumq̃ se operã
vt breui speciosissimum fieret asseuerauit. Mirifica deinde
procuratione abiectissimum negotium pro amplissimo or=
namento expetendum Thebis reddidit.

Annibal vero cum apud regem prusiam exularet/ auc=
torq̃ ei committendi prelii esset/atq̃ is non idem sibi extis
protendi diceret/an tu inquit vituline caruncule/q̃ impera
tori veteri mauis credere/si verba numeres/breuiter et ab
scise.si sensum estimes/copiose et valenter. Hispanias enĩ
direptas p.r. et galliarum ac Ligurie vires in suam redac=
tas potestatem/ et nouo transitu alpium iuga patefacta/ et
transymenum lacum dira inustum memoria/et cannas pu=
nice uictorie clarissimum monumentum/ et Capuam pos=
sessam/et italiam laceratam/ ante pedes hominis effudit.
vniusq̃ hostie iocinori/ longo experimento testatam gloriã
suam postponi equo animo non tulit.Et sane quo ad explo
randa bellica sacrificia/estimandosq̃ militaris ductus attine
bat/omnes foculos/omnes aras Bytinie(marte ipso iudice)
pectus Hannibalis pregrauasset.

CApax quoq̃ genenerosi spiritus illud quoq̃ dictũ regis

Tocii. vt enim ab Atheniensibus ciuitatem sibi datam cognouit/ et ego inquit illis mee gētis ius dabo. Equauit athenis Traciam. ne vicissitudine talis beneficii imparem se iudicando/ humilius de origine sua sentire existimaretur.

Nobiliter etiā vterq; Spartanus/ et qui increpitus a quodam quod in aciem claudus descenderet/ pugnare non sibi fugere propositum esse respondit/ et qui referente quodam sagittis Persarum solem obscurari solere/ bene narras inquit. in vmbra enim melius preliabimur.

Eiusdem vrbis vir atq; animi hospiti suo patrie sue muros excelsos latosq; ostendenti/ dixit. Si mulieribus istos comparastis/ recte. si viris/ turpiter.

Capitulum octauum de cōstātia.

Aptū et animosum bone fiducie pectus emenso/ quasi debitum opus superest constantie representatione. Cura enim vel natura sic comparatum est/ vt quisquis se aliquid ordine ac recta mente complexum confidit/ vel iam gestum si obtrectetur/ acriter tueatur. vel nondum editum/ si interpelletur/ sine vlla cunctatione ad effectum perducat. Sed dum exemplar proposite rei prosequor/ latius michi circunspicienti/ ante omnia se fuluii flacci constantia offert.

Capuam fallacibus Hannibalis promissis Italie regnū nefaria defectione pacisci persuasam/ armis occupauerat.

Tam deinde culpe hoſtium iuſtus eſtimator / quam ſpecio
ſus victor / Campanum ſenatum impii decreti auctorem fū
ditus delere inſtituit. Itaqꝫ cathenis onuſtum in duas cuſto
dias Teanam Calenamqꝫ dimiſit / conſilium executurus cū
ea peregiſſet / quorum adminiſtrandorum celerior eſſe ne=
ceſſitas videbatur. Rumore autem de ſenatus mitiore ſen=
tentia orto / ne debitam penam ſcelerati effugerēt / nocte ad
miſſo equo Theanum contendit. Interfectiſqꝫ qui ibi aſſer
uabantur / eueſtigio calles tranſgreſſus perſeuerantie ſue
opus executurus / et iam deligatis ad pallum hoſtibus litte
ras a patribus conſcriptis ne quicquam ſalutares Campa=
nis accepit. In ſiniſtra enim eas manu ſicut erant tradite re
poſuit. Ac iuſſo lictore lege agere / tum demum aperuit
poſtquam illis obtemperari non poterat. Qua conſtantia /
victorie quoqꝫ gloriam antecellit. quia ſi eum intra ſe ipſū
partita laude eſtimes / maiorem punita capua / quam capta
reperies.

Tqꝫ iſta quidem ſeueritatis / illa vero pietatis conſtantia
admirabilis / quam .Q. fabius maximus vt fatigabilem pa
trie preſtitit. Pecuniam pro captiuis Hannibali numeraue
rat. fraudatus ea / publice tacuit. Dictatori et magiſtro equi
tum Minucium iure imperii ſenatus equauerat ſilentium
egit. Compluribus preterea iniuriis laceſſitus / ī eodem ani
mi habitu permanſit. nec vnquam ſibi rē publicā permiſit

iraſci. Tam perſeuerans in amorem ciuium. Quid in bello gerendo nonne par eius conſtantia?

IMperium romanum Cannenſi prelio pene deſtructum vix ſufficere ad exercitus comparandos videbat. Itaq; fruſtrari et eludere penorum impetus/ quam manum cum his tota acie conſerere melius ratus/ plurimis cōminationibus Hannibalis irritatus/ ſepe etiā ſpe bene gerende rei oblata/ nunquam a conſilii ſalubritate ne parui quidem certaminiſ diſcrimine receſſit. Quodq; eſt difficilimum/ vbiq; ira ac ſpe ſuperior apparuit. Ergo vt Scipio pugnando/ ita hic nō dimicando/ maxime ciuitati noſtre ſuccurriſſe viſus eſt. Alter enim celeritate ſua/ Cartaginem oppreſſit. alter cunctatione id egit/ ne Roma opprimi poſſet. Cn. etiam Piſonem mirifice et conſtanter turbulento rei publice ſtatu egiſſe cōſulem narratione in ſequenti patebit.

.Paligani ſeditioſiſſimi hominis peſtiferis blādiciis prereptus populi fauor/ conſularibus comiciis ſummum dedecus admittere conabatur. Ampliſſimum ei deferre imperiū cupiens. Cuius teterrimis actis exquiſitum potius ſupplicium/ quam vllus honos debebatur. Nec deerat conſternate multitudinis furialis fax tribunicia. que temeritatē eius et mentem comitaretur/ et languentem actionibus ſuis inflammaret. In hoc miſerando pariter atq; erubeſcendo ſtatu ciuitatis/ tantum non manibus tribunorum pro roſtris

piso collocatus/cū hic atq; illic eū ābissēt/ac an paliganū suf=
fragiis populi cōsulē creatū/an renūciaturus esset īterrogare
tnr/primo respōdit nō existimare se tātis tenebris offusā esse
.r.p.vt huc īdignitatis veīretur. Deīde cū perseuerāter īsta
rēt/ac dicerēt/age si ventū fuerit/nō renūciabo īquit. Quo
quidē tā abcisso respōso/cōsulatū paligano priusq; illū adipi
sceretur/eripuit. Multa et terribilia piso cōtēpsit dū speciosū
Metellus aūt numi mētis sue flecti nō vult rigorē.
dicus propter cōsimile perseuerāte genus/excepit quoq; indi
gnā maiestate/ac moribus suis procellā. Cū.n.aīaduerteret
quo tēderet saturnini.tr.pl.funesti conatus/quātoq; malo.r.
.p.nisi his occurreretur/erupturi essēt/ī exiliū/quā in legem
eius ire maluit. Potest aliquis hoc viro dici cōstātior/qui ne
sētētia sua pelleretur/patria ī qua sūmū dignitatis gradū op
Ceterū vt neminē ei pretu= tinebat/carere sustinuit/
leri/ita. Q.sceuolā augurē merito cōparauerim. Dispulsis
prostratisq; īimicorū partibus/silla occupata vrbe senatū ar=
matus coegerat.ac sūma cupiditate ferebatur/vt.Ca.marius
q̄ celerrime hostis iudicaretur.cuius volūtati nullo obuiā ire
audēte/solus Sceuola de hac re īterrogatus/sētentiā dicere
voluit.quīetiā trutulētius sibi minitāti sille/licet īquit michi
agmina militū quibus curiā circūsedisti/ostētes/licet mortē
idētidē miniteris/nūquā tamē efficies/vt propter exiguū se=
nileq; sāgninē meū/Mariū aquo vrbs et italia cōseruata est/
Quid femine cū cōtione/ hostem iudicem.

I

si patrius mos seruetur. nichil. sed vbi domestica quies seditioṁ
nū agitata fluctibus ē/ prisce cōsuetudīs auctoritas cōuelletur.
Plusqȝ valet quod violētia cogit/ ꝙ quod suadet et precipit ve=
Taqȝ te sēpronia. T. et. Ca. gracchorū soror/ Crecūdia
vxor scipionis emiliani/ nō vt absurde grauissimis virorū ope
ribus īserēs maligna relatione cōprehēdam. Sed qz a tribuno
plebis perducta ad populū ī maxīa cōfusione nichil a tuorū am
plitudīe degenerasti/ honorata meōria prosequar. Coacta es eo
loci cōsistere/ vbi prīcipiū cītatis perturbari frōs solebat. Insta
bat tibi toruo vultu minas profūdēs amplissīa potestas/ cū cla
more īperite multitudīs obstrepens. totū forū acerrimo studio
nitebatur vt equicio qui sēpronie gentis falsū ius querebatur/
tāꝙ filio tiberii fratris tui osculum dares. Tu tamē illū nescio
quibus tenebris protractū vt portētū execrabili audatia ad vsur
NOn īdignabū pādā alienā propīquitatē tendētē repulisti.
tur lūina nostre vrbis/ si īter eorū eximiū fulgorē. centurionū
quoqȝ virtus spectādā se obtulerit. Nā vt hūilitas āplitudinē ue
nerari debet/ ita nobilitate fouēda magis ꝙ spernēda bone indo
Nabigi debet Ticius ab horū exēplorū lis nouitas est.
cōtextu/ qui pro cesaris partibus excubās scipionis presidio in=
terceptus/ cū vno mō salus ab eo daretur/ si se futurū Cn. Pō=
pei generis ipsius militē affirmasset/ ita respōdere nō dubita=
uit. Tibi quidē scipio gratias ago. sed michi vti ista cōdicōe vi
te nō ē opus/ sine vllis imaginibus nobilem animum.
IDē cōstātie propositus secutus mēnius cēturio diui augusti

cū antoniano bello sepenumero excellētes pugnas edidisset/im
prouisis hostiū īsidiis circūuētus / et ad antoniū alexādriā per
ductus/īterrogatusq̧ quidnā de eo statui deberet/iugulari me
īquit iube. qz nō salutis beneficio/neq̧ mortis supplicō adduci
possū/vt aut cesaris miles esse desinā/aut tuus esse īcipiā. cete=
rū quo cōstātius vitā cōtēpsit/ eo facilius īpetrauit. Antonius
Omplura huiusce enī virtuti eius īcolumitatē tribuit.
note romana exēpla superāt. sed societas mō ī sermonibus poti
ssīe vitāda ē. itaq̧ stilū meū ad externa iā delabi patiar. Quorū
prīcipatū teneat blasius cuius cōstātia nichil pertinatius. Sela
piā. n. patriā suā presidio punito occupatā / romanis cupiēs re=
stituere/dasiū acerrimo studio secū ī admīstracōe. r. p. dissidētē/
et alioquī toto aīo hānibalis amicicie vacātē/sine quo propositū
cōsiliū peragi nō poterat/ ad idē opus agrediēdū maiore cupidi
tate/q̄ spe certiore tēptare ausus ē. qui protinus sermonē eius
adiectis que et ipsū cōmēdatiorē. et īimicū īuisiorē factura esse
videbātur/hānibali retulit. a quo adesse iussi sūt/vt alter crimē
probaret alter defēderet. ceterū pro tribunali cū res gereretur/
et questioni illi oīum oculi essēt ītenti. dū aliud forte citerioris
cure negociū tractatur blasius vultu dissimulāte ac voce sūmis
sa monere Dasiū cepit/ vt romanorū potius q̄ cartaginēsium
partes foueret. Enīuero tunc ille proclamat se ī cōspectu ducis
aduersus eū sollicitari. Quod qz et īcredibile existīabatur. et ad
vnius tātū aures penetrauerat/et iactabatur ab īimico / veritas
fide caruit. Sed nō ita multo post blasii mira cōstātia dasiū ad

se traxit. Marcelloq; et selapiã et quĩgẽtos numidas qui ĩ ea cu=
Hosion vero cũ atheniẽses rẽ stodie causa erãt tradidit.
aliter ꝙ ipse suaserat prospere admĩstrassẽt / adeo perseuerans
sẽtẽtie sue propugnator extitit / vt ĩ omni cõtencõe letari quidẽ
se successu eorũ / sed cõsiliũ tamẽ suũ aliquãto melius fuisse di=
ceret. Nõ enĩ dãnauit quod recte viderat. quia quod alius male
cõsuluerat / bene gesserat. felicius istud estimãs / hoc sapiẽtius.
Plerũq; temeritatẽ casus iuuat / vbi prauo cõsilio propius aspi
rat. quoq; vehemẽtius noceat / speratius prodest ¶ Placide sane
et misericordes / et liberales omniq; suauitate temperati mores
phosionis. quos cõsensus oĩum bonitatis cognoĩe decorandos
cẽsuit optime profecto. itaq; cõstãtia que natura rigidior videre
Ocratis aũt virilitatis tur lenis e mãsueto pectore fluxit.
robore palliatus animus / aliquãto prestãtius perseuerantie exẽ
plũ edidit. vniuersa ciuitas atheniensiũ ĩiquissimo ac truculẽtissĩo
errore insticta / de capite decẽ pretorũ qui apud argiuissas lace=
demoniam classã deleuerãt tristẽ sentẽtiã tulerat. forte tũc eius
potestatis socrates cuius arbitrio plebiscita ordinarẽtur / ĩdignũ
iudicãs tot et tã bene meritos ex ĩdigna causa ĩpetu ĩuidie arri=
pi / temeritatĩ multitudĩs cõstãtiã suã obiecit. Maxĩoq; concõnis
fragore et incitatissimis minis compulsus non est / vt se publi=
ce dementie auctorem ascriberet. Que opposito eius legittima
grassari via prohibita / iniusto pretorum cruore manus suas
contaminare perseuerauit ¶ Nec timuit Socrates ne conster=
nate patrie vndecimus furor mors ipsius existeret.

Roximū et si nō eiusdē splēdoris ē/adeo tamē certū cōstātie haberi pōt experimentū efficacis opere forēsis fidei nō latētis.

ATHenis ephialtes accusare publice iussus/ et īter ceteros de mōstrati nomē deferre coactus ē. cuius filius erat demochares excellētis forme puer. aio eius flagrātissio īherēs amore. Itaq3 coīs officii sorte trutulētus accusator/ priuati affectus cōdicōe miserabilis reus/ puerū ad se exorādum quo partius patris cri minibus īsisteret veniētē. neq3 repellere. neq3 supplicē genibus suis aduolutū ītueri sustinuit. sed operto capite flēs et gemēs preces expromere passus ē. nichilominus qz sīcera fide accusa tū demōstratū dānauit/ victoriā nescio laude/ an tormēto maio rē partā. quoniā priusq̄ sōtē opprimeret. seipsū vicit ephialtes

Vē siracusanus Dyon diuersitate exēpli pregrauat. qui qui busdā monētibus/ vt aduersus eraclidē et callippū/ quorū fidei plurimū credebat/ tāq̄ insidias ei nectētes/ cautior esset/ respō dit. vita se male excedere/ q̄ ī metu violēte mortis aīcos īimicis

Vod sequitur et rei ipsius admiratione iuxta ponere.

ALexāder macedonū rex et claritate auctoris illustre. īclita iā pugna excellentissimis opibus darii cōtusis/ estu et iti neris feruore ī scicilia percalefactus/ Ciduo qui aque liquore cōspicuus Tarsum īterfluit corpus suum immersit. Subito deīde ex nimio haustu rigoris obstupefactis neruis ac torpore hebetatis artubus/ maxima cum examinatione totius exerci tus in opidum castris propinquum defertur. iacebat eger Tar si. inq3 valitudine eius aduersa/ īstātis victorie spes fluctuabat.

Itaq̧ cōuocati medici attētissīo cōsilio salutis remedia circun-spiciebāt. Qui cū ad vnā potionē sententiā direxissēt / atq̧ eam philippus medicus suis manibus tēperatā alexādro (erat aūt amicus ipsius et comes) porrexisset / a Parmenione misse litere superueniunt. admonētes vt rex īsidias philippi / peride ac pecunia corrupti a Dario caueret. Quas cū legisset / sine vlla cūctatione medicamētū hausit. ac tū legēdas philippo tredidit Pro quo tā constanti erga amicū iuditio / dignissimā a diis inmortalibus mercedē recepit. qui īcolumitatis eius presidium falso interpellari indicō voluerunt.

Valerii maximi liber tertius desinit.

TRansgrediar ad saluberrimā partē animi moderationē / que mētes nostras īpotētie et temeritatis īcursu trāsuersas ferri nō patitur. quo euenit / vt reprehēsionis morsu sit vacua. et laudis questu sit opulentissima. Itaq̧ effectus suos ī claris recognoscat.

Tq̧ vt incunabulis summi honoris incipiam / Publius Valerius qui populi maiestatem venerando publicole nomē assecutus est / cū exactis regibus īperii / eorū vī vniuer

NOn defuit maioribus grata mens ad premia superiori Africano exsoluenda. Siquidem maxima eius merita pari bus ornamentis decorare conati sunt. Voluerunt isti statu as in comicio. in rostris. in curia. In ipsa deniq; iouis opti timi maximi cella ponere. voluerunt imagninem eius triū phali ornatu indutam capitolinis puluinaribus applicare. Voluerunt ei continuum per omnes vite annos consulatū Perpetuam dictaturam tribuere. Quorum nichil sibi neq; plebiscito dari! neq; senatus cōsulto decerni patiendo! pene tantum se in recusandis honoribus gessit! quantum egerat in emerendis.

Odem robore mētis / causam Hannibalis in senatu pro texit! cum eum ciues sui missis legatis tanquam seditiones apud eos molientem accusarent. adiecit quoq; non oportere .p.c. se. r.p. Cartaginensium interponere. altissimaq; mode ratione alterius saluti consuluit! alterius dignitati! victoria tenus vtriusq; hostem egisse contentus.

AT Marcus Marcellus qui primus et Hannibalem vin ci! et Siracusas capi posse docuit. cum in consulatum eius siculi de eo questum in vrbem venissent! nec senatum vlla de re habuit! quia collega Valerius leuinius forte aberat! ne ob id Siculi in querendo timidiores essent! vt is rediit! vltro de hiis admittendis retulit. Querentesq; de se patien ter sustinuit. Iussos etiam a Lucio Leuinio discedere!

remanere vt ſui deſeſſioni intereſſēt coegit. ac deinde vtraqꝫ parte perorata! excedentes curia ſubſecutus eſt! quo liberi us ſenatus ſententiam ferret. Improbatis quoqꝫ eorū querelſs! ſupplices et orantes vt ab eo ī cliētelam reciperētur. clementer excepit. Superhec Siciliam ſortitus ! eam prouinciam college ceſſit. Totiens laudatio Marcelli variari non poteſt! quotiens ipſe Iouis gradibus moderationis aduerſus ſotios vſus eſt.

QVam Tiberius etiam gracchus admirabilem ſe exibuit tribunus enim plebis cum ex profeſſo inimicicias cum africano et Aſiatico ſcipionibus gereret! et Aſiaticus iudicate pecunie ſatis dare non poſſet!atqꝫ ideo a conſulibus in vincula publica duci iuſſus eſſet! appellaſſetqꝫ collegium tribunorum!nullo volēte intercedere ſeceſſit a collegis.decretūqꝫ compoſuit . ne quiſqꝫ dubitauit quin eo ſcribendo/ irati hoſtis aduerſus aſiaticum verbis vſurus eſſet. At is primum iurauit ſe cum ſcipionibus in gratiam non rediſſe.deinde tale decretum recitauit.

Vm.L. cornelius ſcipio die triumphi ſui ante currum actos hoſtium duces in carcerem coniecerit! īdignum et alienum maieſtate.r.p. videri eundem ipſum duci Itaqꝫ id nō ſe paſſurum libenter.tunc opinionem ſuam populus romanus a Graccho deceptam cognouit . moderationēqꝫ eius debita laude proſecutus eſt.

C. N. quoq; claudius nero inter cetera precipue moderationis exempla numerandus est. Liuii salinatoris in Hasdrubale opprimendo/glorie participes fuerat. tamen eum triū phantem equo sequi/ quam triumpho quē ei senatus eque decreuerat vti maluit/quia res in prouincia Salinatoris gesta fuerat. sine curru ergo triūphauit. Eo quidem clarius/ quod illius victoria tantummodo laudabatur. huius etiam moderatio.

Nec africanus quidem posterior nos de se tacere patitur. qui censor cum lustrum conderet/inq; solito sacrificio scriba ex publicis tabulis solemne ei precationis carmen preiret/quo dii immortales vt populi romani res meliores ampliores q; facerent/rogabantur/satis inquit bone et magne sunt. Itaq; precor vt eas perpetuo incolumes seruent. Ac protinus in publicis tabulis ad hunc modum carmē emendari iussit. Qua votorum verecundia deinceps censores in condendis lustris vsi sunt. Prudenter enim sensit tunc icrementum romano imperio petendum fuisse/cum intra septimum lapidem triumphi querebātur. Maiorem autem totius terrarum orbis partem possidenti/vt auidum esse quicquam vltra appetere. ita abunde felix si nichil ex eo quod obtinebat/amitteret.

Eq; alia eius in censura moderatio pro tribunali apparuit. Centurias recognoscens equitū/postquam. C. liciniū

ſacerdotem citatum proceſſiſſe animaduertit/dixit ſe ſcire il
lum verbis conceptis peieraſſe. proinde ſi quis eum accuſa
re vellet/vſurum teſtimonio ſuo. ſed nullo ad id negotium
accedente/tranſduc equum inquit ſacerdos. ac lucrifac cenſo
riam notam/ne ego ī tua perſona et accuſatoris teſtis et iu=
dicis et cenſoris partes egiſſe videar.

QVod animi temperamentum etiam in Quīto ſceuola ex
cellentiſſimo viro annotatum eſt. Teſtis nanqꝫ in reum pro
ductus. cum id reſpondiſſet qnod ſalutē periclitātis magno
pere leſurum videbatur/diſcedens adiecit ita ſibi credi opor
tere/ſi et alii idem aſſeueraſſent. quoniam vnius teſtimoīo
aliquem credere peſſimi eſſet exempli. Et religioni quidem
igitur ſue debitam fidem/et communi vtilitati ſalubre con=
ſilium reddidit.

Sentio quos ciues/que ve facta eorum ac dicta/quam au=
guſto ambitu orationis amplectar. ſed cum magna et mul=
ta breuiter dicenda ſint/claritate excellentibus infinitis per
ſonis rebuſqꝫ circunfuſus vtrunqꝫ preſtare nō poſſum. pro=
poſiti quoqꝫ noſtri ratio/non laudāda ſibi omnia/ ſed recor=
danda ſumpſit. Quapropter (bona cum venia) duo Metelli
macedonicus et numidicus maxima patrie ornamenta/ſtric
tum ſe narrari patientur.

ACerrime cum Scipione africano macedonicus diſſenſe=
rat. eorumqꝫ ab emulatione virtutis profecta contentio ad

graues testatasq; inimicicias progressa fuerat. sed tamen cū interenmptum Scipionem conclamare audisset/in publicū se proripuit/mestoq; vultu et voce confusa/ concurrite/ con currite(inquit)ciues/ menia nostre vrbis euersa sunt. Scipioni enim affricano intra suos penates quiescēti/ nefaria vis allata est. O rem publicā pariter affricani morte miserā et macedonici tā humana tamq; ciuili lamentatione felicem. Eodem enim tempore et quantum amisisset principem/ et qualem haberet recognouit.

Idē filios suos monuit/ vt funebri eius lecto humeros subicerent. atq; hinc exequiarum/ illum honorem votis adiecit/ non fore vt postea id officium ab his maiori viro prestari posset. Vbi illa tot in curia iurgia? vbi tam multe pro rostris altercationes? vbi maximorum ciuium et ducū tantorum togata prelia? omnia nimirum ista precipua veneratione prosequenda deleuit moderatio.

Vmidicus autem Metellus populari factione patria pulsus/in asiam secessit. In qua cū ei forte ludos tralibus spectanti littere reddite essent/quibus scriptum erat maximo senatus et populi consensu reditum illi in vrbem datum. nō e theatro prius abiit/ q̄ spectaculum ederetur. non leticiam suam proxime sedentibus vlla ex parte patefecit. sed sūmū gaudium intra se continuit. Eundem constat pari vultu et exulem fuisse/ et restitutum. adeo moderationis beneficio

medius semper inter secundas et aduersas res animi firmitate versatus est.

Et familiis in vno genere laudis enumeratis! porcium nomen velut expers huiusce glorie scilentio pretereundū se negat fieri debere.

Posterior Cato non paruo summe moderationis fisus iudicio cipriacam pecuniam maxima cum diligentia et sanctitate in vrbem deportauerat. Cuius ministerii gratia! senatus relationem īterponi iubeat! vt pretoriis comiciis extra ordinem ratio eius haberetur. sed ipse id fieri passus non ē iniquum esse affirmans! quod nulli alii tribueretur id sibi decerni. Aut ne quid in persona sua nouaretur! campestrē experiri temeritatem quam curie beneficio vti satius esse duxit.

AD externa iam michi exempla transire conanti! Marcus bibulus vir amplissime dignitatis et sūmis honoribus functus! manus inicit. qui cum in prouincia Siria moraretur! duos egregie indolis filios suos a Gabinianis militibus egipti! occisos esse cognouit. Quorum interfectores ad eum vinctos regina Cleapatra misit! vt grauissime cladis vltionem arbitrio suo exigeret. At ille oblato beneficio quo nullum magis lugenti tribui poterat! dolorem moderationi cedere coegit. carnificesq; sanguinis sui intactos! euestigio ad Cleopatram reduci iussit! dicendo potestatā huius vindicte

non snam sed senatus esse debere.

Arentinus architas dum se pitagore preceptis metapō-
ti penitus immergit / magno labore longoq; tempore soli-
dum opus doctrine complexus / postq̄ in domum reuerti-
tur / ac rura sua reuisere cepit / animaduertit negligentia vil
lici corrupta et perdita. Intuensq; male meritum / sumpsis
sissem inquit a te supplicium / nisi tibi iratus essem. Maluit
enim impunitum dimittere / q̄ propter iram iusto grauius
punire.

Nimis liberalis archite moderatio. temperatior platonis.
Nam cum aduersus delictum serui vehemētius exarsisset /
veritus ne ipse vindicte modum despicere non posset / Speu
sippo amico castigationis arbitrium mandauit. Deforme si
bi futurum existimans / si commisisset vt parem reprehen-
sionē culpa serui / et animaduersio platonis mereretur.

Vo minus miror quod in xenocrate discipulo suo tam
constaner moderatus fuit. Audierat enim eum de se multa
impie locutum. sine vlla contatione criminationem respuit
instabat toruo vultu index / causam querens cur sibi fides
non haberetur. Adiecit non esse credibile. quem vt tantope
re amaret / ab eo inuicem non diligeretur. Postremo cū ad
iusiurandum inimicicias serentis malignitas confugisset /
ne de periurio eius disputaret / affirmauit nunquam xeno-
cratem illa dicturū fuisse / nisi ea dici sibi expedire iudicasset

Non in corpore mortali: sed in arce celesti: et quidem armatum animum eius vite stationem putes peregisse: hūanorū viciorum incursus a se inuicta pugna repellentem cūctosq; virtutis numeros. altitudinis sue sinu clausos custodiētem.

NEquaquam Platoni litterarum commendatione par siracusanus Dion. sed quod ad prestandā moderationē attinuit. vehemētioris experimēti. patria pulsus a dionisio tiranno: Megaram petierat. Vbi cum theodorū principem eius vrbis domi conuenire vellet: neq; admitteretur: multum diuq; ante fores retentus: comiti suo patienter hoc ferendum est ait. forsitam enim et nos cum in gradu dignitatis nostre essemus: aliquid tale fecimus. Qua tranquilitate consilii: ipse sibi conditionem exilii placidiorem reddidit.

Rasibulus etiam hoc loci apprehēdendus est. qui populum atheniensem triginta tirannorum seuicia sedes suas relinquere coactum: dispersamq; et vagam vitam miserabiliter exigentem: animis pariter atq; armis confirmatum in patriā reduxit. insignem deinde restitutione libertatis victoriam: clariorem aliquanto moderationis laude fecit. Plebi enim scitum interposuit. ne qua preteritarum rerum mentio fieret. hec obliuio quam athenienses annesciam vocant: concussum et labentem vrbis statum: in pristinum habitū reuocauit.

NOn minoris admirationis illud. Stasippus Tegeates

hortantibus amicis vt grauem administratione rei publice emulum/sed alioquin probum et ornatū virū qualibet rōne vel tolleret/vel summoueret/negauit se facturum. ne quē in tutela patrie bonus ciuis locum obtineret/malus et ipro bus occuparet. seqꝫ potius vehementer aduersario vrgeri/ ꝙ patriam egregio aduocato carere preoptauit.

PIctaci quoqꝫ moderatione pectus instructum. qui Alceū poetam et amaritudine odii/et viribus ingenii aduersus se pertinacissime vsum/tirannidem a ciuibus Mitilene delatā adeptus/tantūmodo quid in opprimendo posset admonuit.

Vius viri mentio subicit/vt de septem sapientium mode ratione referam.

A Piscatoribus in milesia regione verriculum trahētibus/ quidam iactum emerat. Extracta deinde magni ponderis au rea delphica mensa/orta controuersia est/illis pisciū se cap turam vendidisse affirmantibus/hoc fortune iactus se emis se dicente. Qua contentione propter nouitatem rei et ma gnitudinem pecunie ad vniuersum ciuitatis eius populum delata/placuit Apollinem delphicum consuli/cui nam adiu dicari mensa deberet. Deus respondit illi esse dandam qui sapientia ceteros prestaret. his verbis tuto.

Tum illi milesio thaleti mensam dederunt. Ille cessit eam Bianti. Bias pitaco. Is protinus alii. Deincepsq; per oium septem sapientum orbem. ad vltimum ad Solonem peruenit. Qui et titulum amplissime sapientie/et premium ad ipsum Apollinem transtulit.

Tq; vt Theopompo quoq; Spartanorum regi moderationis testimonium reddamus/qui cum primus instituisset vt Ephori lacedemone crearentur/ita futuri regie potestati oppositi/quemadmodum rome consulari imperio .tr.pl. sunt obiecti/atq; illi cum vxor dixisset/ id egisse illum vt filiis minorem potestatem relinqueret/relinquam iquit. sed diuturniorem. optime quidem. Ea enim demum tuta est potentia que viribus suis modum imponit. Igitur Theopompus regnum legittimis vinculis constringendo/ quo longius a licentia retraxit/hoc ad beniuolentiam ciuium propius admonuit.

ANthiochus autem a Lucio Scipione vltra thaurum mōtem imperii finibus summotus/cum asiam prouintiam vicinasq; ei gentes amisisset/gratias agere populo romano nō dissimulanter tulit/quod nimis magna procuratione liberatus modicis regni terminis vteretur. Et sane nichil est tam preclarum aut tam magnificum/quod non moderatione tēperari desideret.

Capitulum secundum Qui ex inimicis iuncti sunt ami-
cicia aut necessitudine.

QVe quoniam multis et claris auctoribus il-
lustrata est/ transgrediamur ad egregiū hu-
mani animi affectum. quem ab odio ad gra
tiam defluxum/et quidem eum leto stilo persequamur. Nā
sicut placidum mare ex aspero / celumq; ex nubilo / serenū
hilari aspectu sentitur/sic bellum pace mutatum / plurimū
gaudii affert. Offensarum etiam acerbitas deposita/ candi-
da relatione celebranda est.

Emilius lepidus bis consul et pontifex maximus/splen
doreq; honorum par vite grauitate/ diutinas ac vehemētes
inimicicias cum Fuluio Flacco eiusdem amplitudinis viro
gessit. Quas vt simul censores renunciati sunt / in campo
deposuit. Existimans non oportere eos priuatis iimicicis
dissidere/qui publice summa iuncti essent potestate. Id iu-
dicium animi eius et presens etas comprobauit/et nobis ve
teres annalium scriptores laudandum tradideruut.

SExti liuii quoq; Salinatoris finiendarum simultatum il
lustre consilium/ignotum posteritati esse noluerunt. Is nā
q; etsi neronis odio ardens in exilium profectus fuerat/ te-
stimonia eius precipue afflictus/tamen postquam eum īde
reuocatum ciues collegam illi in consulatum dederunt / et
ngenii sui quod erat acerrimum/ et iniurie quā grauissimā

acceperat/obliuisci sibi imperauit. ne si dissidente animo cō sortionem imperii vsurpare noluisset/pertinacem exibendo inimicum/ malum consulem ageret. Quequidem mētis ad tranquilliorem habitum inclinatio / in aspero ac difficili tēporum articulo plurimum salutis vrbi nostre atq; italie attulit. Quia pari virtutis impetu conixi/ terribiles punicas vires contonderunt.

Clarum etiam ī Africano superiore. ac Tiberio graccho depositarum inimiciciarum exemplum. Siquidem ad cuius mense sacra odio dissidentes venerant ab ea et amicicia et affinitate iuncti discesserunt. Non contentus enī Scipio auctore senatu/in capitolio iouis epulo cum graccho concordiā communicasse/ filiam quoq; ei Corneliam protinus ibi despondit.

Ad huiusce generis humanitas etiam in Marco Cicerone precipua apparuit. Aulum namq; Gabinium repetundarum rerum summo studio defendit qui eum in consulatu suo vrbe expulerat.

IDemq; Publium vacinium dignitati sue semper infestū duobus publicis iudiciis tutatus est/ vt sine vllo crimine leuitatis/ita cum aliqua laude. quia speciosius aliquanto iniurie beneficiis vincuntur quam mutui odii pertinatia pensantur.

Ciceronis autem factum adeo visum est probabile / vt

imitare id ne inimicissimus quidē illi Publius pulcher dubitauerit . qui incesti crimine a tribus Lentulis accusatus / vnum ex hiis ambitus reum patrocinio suo protexit . atq; ī animum induxit et iudicem et pretorem et Veste edem intuens amicum lentulo agere . inter que ille salutem eius fedo crimine obuere cupiens / hostili voce perorauerat.

Aminius autem gallus reum pariter atq; accusatorem admirabilem egit et . G. antonii quem damnauerat / filiā in matrimonium ducendo et Marcum colonium a quo damnatus fuerat rerum suarum procuratorem habendo.

CElii vero rufi vt vita inquinata . ita misericordia quam Quinto Pompeio prestitit probāda. cui a se publica questione prostrato / cum mater eius cornelia fideicommissa predia non redderet / atq; iste auxilium suum litteris implorasset / pertinatissime absenti affuit. Recitauit etiam eius epistolam in iuditio vltime necessitatis iudicem . qua impiam cornelie auaritiam subuertit. Factum propter eximiam humanitatem / ne sub Celio quidem auctore repudiandum.

Capitulum tertium De abstinentia et continentia.

MAgna cura precipuoq; studio referendum ē quantopere libidinis et auaricie furori similis impetus / ab illustrium virorum pectoribus consilio ac ratione summoti sint. Quia hii demum penates / ea ciuitas / id regnum eterno in gradu facile steterit /

vbi minimum virium veneris pecunieq; cupido sibi mendi caucrit. Nam quo iste generis humani certissime pestes pe netrarunt / iniuria dominatur . infamia flagrat longius. Igitur contrarios hiis tam diris viciis mores commemore mus.

Quartum et vigesimum annum agens Scipio cum in hi spaniam Cartagine oppressa maioris Cartaginis capiende sumpsisset/auspicia multosq; obsides quos in ea vrbi Peni clausos habuerant in suam potestatem redigisset eximie in ter eos forme virginem etatis adulte/et iuuenis/et celebs/ et victor/postquam comperit illustri loco inter Celtiberos natam/nobilissimoq; gentis eius Indibuli desponsatam/ ac cersitis parentibus et sponso inuiolatam tradidit. Aurum quoq; quod redemptione puelle allatum erat/ summe dotis adiecit. Qua continentia ac munificentia Indibulis obliga tus/Celtiberorū animos romanis applicando meritis eius debitam gratiam retulit.

VErum et huius viri abstinentie testis Hispania / ita Mar ci Catonis Epiros. Achaia Ciclades insule . maritima pars Asie. Prouincia Cipros. Vnde cum pecunie deportande ministerium sustineret / tam aduersum animum ab omni venere/ quam a lucro habuit. in maxima vtriusq; intempe rantie materia versatus. Nam et regie diuicie potestate ipsius continebātur . et fertilissime delitiarum tot egregie

vrbes/necessaria totius nauigationis deuerticula erãt. Atq; id Minatius rufus cipriace expeditionis fidus comes/scriptis suis significat. cuius testimonium non amplector. Proprio enim argumento laus ista nititur/quoniam ex eodem nature vtero/et continentia nata est/et Cato.

DRusum etiam germanicum eximiam Claudie filie gloriam patrieq; rarum ornamentum/et quod super omnia ẽ/ operum suorum pro habitu/ etatis magnitudine / vitrico pariter ac fratri Augusto duobus rei publice diuinis oculis mirifice respondentem/constitit vsum veneris intra coniugis caritatem clausum tenuisse.

Atonia quoq; femina laudibus vir leni familie sue claritatem supergressa/amorem mariti egregia fide pensauit. Que post eius excessum/forma etate florens/ cubitum socrus pro coniugio habuit ĩ eodemq; thoro alterius adolescẽtie vigor extinctus est/alterius viduitatis experientia consenuit. Hoc cubiculum talibus experimentis summam imponat.

Deinceps his vacemus/quorum animus aliquo in momẽto ponendi pecunia nunquam vacauit.

G Enim Marcus patricie gentis adolescens/ Anci regis clara progenies/ Cui Corioli Volscorum opidum captum cognomen adiecerunt/ cum editis conspicue fortitudinis operibus/ a Postumio Cominio consule accurata

oratione apud milites laudatus/omnibus donis militaribus et agrī centum iugeribus / et decem captiuorum electione/ et totidem ornatus equis centenario boum grege/ argētoq; quātum sustinere valuisset donaretur. nichil ex hiis preter vnius hospitis captiui salutem equumq; quo in acie vteretur accipere voluit. qua tam circūspecta animi moderatone nescias vtrū maiore cū laude premia elegerit/ an reiecerit.

Autem curius exactissima norma romane frugalitatis/ idemq; fortitudinis perspectissimum specimen/Samnitum legatis agresti se in scamno assiduntem foco/ atque ligneo catillo cenantem(quales epulas /apparatus indicio est)spectandum prebuit. Ille enim samnitum diuitias contempsit. Samnites autem eius paupertatem mirati sūt. Nam cū ad eum magnum pondus auri publice missum attulissent /benignis verbis inuitatus vt eo vti vellet / et vultum risu soluit et protinus superuacue inquit /ne dicam inepte legationis ministri/narrare Samnitibus Marcū curiū malle locupletibus imperare/q̄ ipsum fieri locupletem. Atq; istud vt preciosum/ ita malo hominum excogitatum munus refertote. et mementote me nec acie vinci/nec pecunia corrumpi posse.

IDem cum italia Pyrrhum regem exegisset/nichil omnino ex preda regia qua exercitum vrbēq; ditauerat/attigit. decretis etiam a senatu septenis iugeribus agri populo/

ſibi autem quinquaginta / popularis aſſignationis modum non exceſſit. parum idoneum rei publice ciuem exiſtimās / qui eo ꝙ reliquis tribueretur / contentus non eſſet.

Idem cenſit Fabricius lucinus honoribus et auctoritate omni ciuitati temporibus ſuis maior pecunie cenſu par vni cuiqꝫ pauperrimo. qui a ſamnitibus quos vniuerſos in cliē tela habebat / decē eris et quinqꝫ pōdo argenti totidemqꝫ ſeruos ſibi miſſos in Samnium remiſit. continentie ſue beneficio ſine pecunia prediues. ſine vſu familie abunde comitatus. quia locupletem illum faciebat nō multa poſſidere / ſed modica deſiderare. Ergo domus eius quemadmodum ere et argento et mancipiis Samnitum vacua / ita gloria ex hiis parta referta fuit.

Conſentanea repudiatis donis Fabricii vota extiterunt. Legatus enim ad Pyrrhum profectus / cum apud eū Thyneam Theſſalum narrantem audiſſet quendam Athenienſem clarum ſapientia ſuadentem / ne quid aliud homines ꝙ voluptatis cauſa facere vellent. pro monſtro eam vocem accepit. continuoqꝫ Pyrrho et Samnitibus iſtam ſapientiam deprecatus eſt. Licet Athene doctrina ſua glorientur. vir tamen prudens Fabricii deteſtationem / quam Epicuri maluit precepta. quod euentus quoqꝫ indicauit. Namqꝫ vrbs que voluptati plurimum tribuit / imperium maximū amiſit. Que labore delectata eſt / occupauit. Et illa libertatem

tueri non valuit/hec etiam donare potuit.

CVrii et Fabricii Quintum tuberonem cognomine Cati lium discipulum fuisse merito quis existimauerit. cui consulatum gerenti cum Etolorum gens omnis vsus vasa argentea magno pondere et exquisita arte fabricata/per legatos misisset/qui superiore tempore gratulandi causa ad eū profecti/ retulerant fictilia se in eius mensa vasa vidisse/monitus ne continentie quasi paupertati succurrendum putarent/ cum suis sarcinis abire iussit. Quam bene Etolicis domestica pretulerat/ si frugalitatis eius exemplū posterior etas sequi voluisset/ Nunc quo ventum est? A seruis impetrari vix potest/ne eam suppellectilem fastidiant/ qua tunc consul non erubuit.

. T Perse rege deuicto/Paulus cum macedonicis opibus veterem atq3 hereditariam vrbis nostre paupertatem eousq3 satiasset/vt illo tempore primnm.p.r.tributi prestandi onere se liberaret/ penates suos nulla ex parte locupletiores fecit preclare secum actū existimans q ex illa victoria alii pecuniam/ipse gloriam occupasset.

ATq3 huic animi eius iuditio Quintus fabius gurges/ Numerius fabius pictor Quītus ogulinus subscripserūt. qui legati ad Ptholomeum regem missi/munera que ab eo priuati acceperāt/in erarium et quidē priusquam ad senatū legationē referrent/detulerūt. scilicet de publico ministerio

nichil cuiquam preter laudem bene adminiſtrati offici acce
dere debere indicantes.

IAm illud humanitatis ſenatus et attente maiorum di=
ſcipline indicium eſt. Data ſunt enim legatis que in erariū
poſuerant/non ſolum patrum conſcriptorum decreto / ſed
etiā populi permiſſu Legata queſtores prompte vnicuiqꝫ di
ſtribuerunt.ita in eiſdem Ptholomei liberalitas/ legatorū
abſtinentia/ſenatus et populi equitas / debitam probabilis
facti portionem obtinuit.

Fabiorum et Ogolini continentie Calphurnium piſonē
in conſimili genere laudis emulum fuiſſe/res ipſa documē
to eſt. Conſul graui fugitiuorum bello a ſe liberata Scici=
lia/ eos quorum precipua opera vſus fuerat / imperatorio
more donis proſequebatur ¶ Inter quos filium ſuum ali
quot locis preliatum fortiſſime/ titulo trium librarum au
ree corone decorauit.prefatus non oportere a magiſtratu e
publica pecunia erogari / quod in ipſius domum redituruū
eſſet.tantumqꝫ ponderis ſe teſtamento adoleſcenti legaturū
promiſit/ vt honorem publice a duce/precium a patre pri=
uatim reciperet.

HOe ſi quis hoc ſeculo vir illuſter/ pellibus hedinis/pro
ſtragulis vtatur/tribuſqꝫ ſeruis comitatus Hiſpaniā regat
et quingentorum aſſium ſumptu tranſmarinam prouinciā
petat. eodem cibo eodemqꝫ potu quo naute / vti contentus

ſit/nonne mirabilis exiſtimetur? Atqui iſta patientiſſime ſuperior Cato tollerauit / quia illum grata frugalitatis conſuetudo/in hoc genere vite cū ſumma dulcedine cōtinebat.

MVltum a priſca continentia ſpatio annorum poſterior cato deſcendit/vtpote in ciuitate iam diuite et lauticia gaudente natus. Is tamē cum bellis ciuilibus intereſſet/ filium ſecum trahens / duodecim ſeruos habuit. Numero plures ꝙ ſuperior/temporum diuerſis moribus pauciores. Exultat animus maximorum virorum mememoriam percurrens.

Ccipio emilianus poſt duos inclitos conſulatus totideꝗ ſue precipue glorie triumphos/ ſeptem ſeruis ſequentibus officio legationis functus eſt. Et puto carthaginis ac numātie ſpoliis comparare plures potuerat / niſi operum ſuorū adſe laudem / manubias ad patriam redundare maluiſſet. Itaqꝫ cum per ſocios et exteras gentes iter faceret/ non mācipia eius / ſed victorie numerabantur. Nec quantum auri et argenti/ſed quantum amplitudinis pondus ſecum ferret eſtimabatur.

COntinentia vero etiam in vniuerſis plebis animis ſepe numero cognita eſt. ſed abunde erit ex hiis duo exempla lōge inter ſe diſtantium ſeculorum retuliſſe.

yrrhus impetus ſui terrore ſoluto / ac iam Epiroticis armis languentibus/ beniuolentiā populi romani mercari(qz virtutem debilitare nequiuerat) cupiens/pene totū regiarū

opum apparatum in vrbem noſtram tranſtulit. Ceterum cum et magni precii et varii generis a legatis eius tam virorum quam feminarum apta vſui munera / circa domos ferrentur / nulla cui quam dono ianua patuit. Tarentineq; petulantie animoſus magis / quam efficax defenſor / haud ſcio maiore cum gloria huius vrbis armis / quam moribus repulſus ſit.

IN illa quoq; procella quam. C. marius et Lucius Silla rei publice inflixerant / abſtinentia. p. r. mirifica conſpecta eſt. Nam cum a ſe preſcriptorum penates vulgi manibus diripiendos obiecissent / iueniri nemo potuit / qui ciuili luctu predā peteret. Vnus enim quiſq; ſe ab hiis perinde ac ſi a ſacris edibus abſtinuit. Quequidem tam miſericos continētia plebis / tacitum crudelium victorum conuiciū fuit.

T ne eiuſdem laudis commemorationem externis inuideamus / Pericles Atheniēſium princeps / cum tragediarū ſcriptorem Sophoclem in pretura collegam haberet / et is publico officio vna diſtrictus / pueri ingenui pretereuntis formam impenſioribus verbis laudaſſet / intemperantiam eius increpans / dixit. Pretori non ſolum manus a pecunie lucro / ſed etiā oculos a libidinoſo aſpectu continentes eſſe debere.

SOphocles autem etate iam ſenior / cum ab eo quidā quereret an etiam nunc rebus veneris vteretur / Di meliora

inquit. Libenter enim istinc tãquam ex aliqua furiosa pro fugi dominatione.

Que abstinẽtis senecte xenocraten fuisse accepimus. Cuius opinionis non parua fides erit narratio que sequetur. In paruigilio Phirne nobile Athenis scortum iuxta cum vino grauem accubuit: pignore cum quibusdam iuuenibus posito / an temperantiam eius corrumpere posset. Quã nec tactu nec sermone aspernatus: quoad voluerat in sinu suo moratam / propositi irritam dimisit. Factum sapientia imbuti animi abstinens. sed meretricule quoqꝫ dictum perquam facetum. deridentibus enim se adolescentibus / ꝙ tã formosa tanqꝫ elegans poti senis animum illecebris pellicere non potuisset: pactumqꝫ victorie preciũ flagitantibus: de homine se cum hiis: non de statua posuisse pignus respondit. potest ne hec xenocratis continentia / a quoquam magis vere / magisqꝫ proprie demonstrari: quam ab ipsa meretricula expressa est? Phyrne pulchritudine sua nulla parte constantissimam eius abstinentiam labefecit.

QVid? rex Alexander an diuiciis eum quatere potuit? ab illo quoqꝫ statuam equidem eque frustra temptatam putes. Legatos ad eum cum aliquot talentis miserat quos in Achademiam perductos: solito sibi id est modico apparatu / et admodum paruulis copiis excepit. Postero die interrogantibus: cuinam adnumerari pecuniam vellet?

Quid vos / inquit / externa cena non intellexistis ea me non indigere? Ita rex philosophi amiciciam emere voluit. philo sophus regi suam vendere noluit.

ALexander vero cognomen inuicti assecutus / continentiã Diogenis cynici vincere non potuit. Ad quem cum in sole sedentem accessisset / hortareturq; vt si qua prestari sibi vellet / indicaret. quemadmodum erat in crepidine collocatus / sordide appellationis / sed robuste vir prestantie / mox ĩquit de ceteris ĩterim velim a sole michi nõ obstes. Quibus verbis / illa nimirum inhesit sententia / Alexander Diogenem gradu suo diuiciis pellere temptat / celerius Darium armis.

Dem Siracusis cum olera ei lauãti Aristippus dixisset / si dionisium adulare velles / ista non esses. imo inquit / si tu ista esse velles / nou adulares Dionisium.

Capitulum quartum De paupertate.

Axima ornamenta esse matronis / liberos / apud Ponponium rufum collectorem librorum. sic inuenimus / cornelia gracchorũ mater / cum Campana matrona apud illam hospita / ornamẽta sua ei pulcherrima illius seculi osteuderet / traxit eã sermõe dum e scola redirent liberi / et hec ĩquit ornamenta sũt mea. Omnia nimirum habet qui nichil concupiscit. eo quidẽ certius / quo cuncta possidet. quia dominium rerum collabi solet. bone mẽtis vsurpatio nullum tristioris fortune recipit

incursum. Itaqꝫ quorsum attinet / aut diuicias in prima feli citatis parte / aut paupertatem in vltimo miseriarum statu ponere : cum et illarum frons hilaris multis intus amari tudinibus sit referta / et huius horridior aspectus / solidis et certis bonis abundet. quod melius personis / q̄ verbis repre sentabitur.

Egio imperio / propter nimiam Tarquinii superbiam / finito / consulatus inicium Valerius publicola cum Iunio bruto auspicatus est. Idemqꝫ postea tres consulatus popu lo romano / acceptissimos gessit. et plurimorum ac maximo rum operum pretextu / titulum imaginum suarum ampli ficauit. Tum interim fastorum illud columen (patrimonio ne ad exequiarum quidem impensam sufficiente) decessit. Ideoqꝫ publica pecunia ducte sunt. Non attinet vlteriori dis putatione / tanti viri paupertatem scrutari. abūde enī patet quid viuus possederit / cui mortuo lectus funebris et ro gus defuit.

QVante amplitudinis Menenium Agripam fuisse arbi tremur / quem senatus et plebs pacis in se faciende auctorē legit : quante scilicet esse debuit arbiter publice salutis : hic nisi a populo collatis in capita sextantibus funeratus esset / ita pecunie inops decessit / vt sepulture honore caruisset. ve rum idcirco perniciosa seditione / diuidua ciuitas manibus Agripe in vnū contrahi voluit / quia eas pauperes quidē /

ſed ſanctas animaduerterat. Cuius vt ſuperſtitis/nullum
fuit quod incenſum deferretur/ita et extincti/ hodieq; am=
pliſſimum eſt patrimonium romana concordia.

AN Cai vero Fabricii/et Q.emilii papi/ principum ſecu
li ſui/domibus argentum fuiſſe/confitear oportet. Vterq;
enim patellam deorum et ſalinum habuit. Sed eo lautius
Fabricius/ quod patellam ſuam corneo pediculo ſuſtineri
voluit. Papuſq; ſatis animoſe. qui cum hereditatis nomine
ea accepiſſet/ religionis cauſa abalienanda non putauit.

Lli etiã prediuites qui ab aratro arceſſebantur vt conſu
les fierent/voluptatis cauſa/ ſterile atq; eſtuoſiſſimum pu=
pime ſolum verſabant. deliciarumq; gratia / vaſtiſſimas gle
bas plurimo cum ſudore diſſipabant. Immo vero quos pe=
ricula rei publice imperatores accerſebant/ anguſtie rei fa=
miliaris (quid ceſſo proprium nomen veritati reddere) bu=
bulcos fieri cogebant.

ATilium autem qui ad eum arceſſendum a ſenatu miſſi
erant ad imperium populi romani ſuſcipiẽdum ſemĩa ſper=
gentem viderunt/ſed ille ruſtico opere attrite manus/ ſalu
tem publicam ſtabilierunt. ingentes hoſtium copias peſſũ
derunt. que quo modo/ arantium boum iugum rexerant/
triumphalis currus habenas retinuerunt. Nec fuit hiis ru=
bori eburneo Scipione depoſita/ agreſtem ſtiuam aratri re
petere. Poteſt pauperes conſolari atilius/ ſed multomagis

docere locupletes: quam non sit necessaria solide laudis cu=
pidini / anxia diuiciarum comparatio.

Iusdem nominis et sanguinis atilius regulus primi pu
nici belli gloria cladesq maxima: cum in Africa insolentissi
me Cartaginis opes crebris victoriis contunderet: ac proro
gatum sibi ob bene gestas res in proximum annum impe=
rium cognosceret: consulibus scripsit villicū in agello quē
septem iugerum in Pupinia habebat: mortuum esse occasi
onemq nactum mercenarium amoto inde rustico instrumē
to discessisse. Ideoq petere vt sibi successor mitteretur. Ne
deserto agro: non esset vnde vxor ac liberi sui alerentur.
Que postquam senatus a consulibus accepit: et agrū atilii
ilico colendum locari: et alimenta cōiugi eius ac liberis pre
beri: resq quas amiserat redimi publice iussit. Tanti erario
nostro virtutis Atiliane exemplum (quo omnis etas roma=
na gloriabitur) stetit.

Que magna latifundia. L. quincii cincinati fuerunt. sep
tem enim iugera agri possedit ex hiisq tria que pro amico
ad erarium obsignauerat / multe nomine amisit. Penā quo
q pro filio Cesone quod ad causam dicendam non occurris
set: huius agelli redditus soluit. et tamen ei quatuor iugera
aranti non solum dignitas patrisfamile constitit: sed etiā dic
tatura delata est. anguste se habitare nunc putat: cuius do=
mus tantum patet: quantum cincinati rura patuerunt.

Q

Vid Elia familia quam locuples? Sedecim eodem tempore Elii fuerunt quibus vna domuncula erat. eodem loci quo nunc sunt Mariana monumenta et vnus in agro Veiētano fundus/ minus multo cultores desiderans/ q̄ dominus habebat. In quo Maximo et Flaminio spectaculi locus. quē quidem locum ob virtutem publice donata possidebant. Eadem gens nullum ante scrupulum argenti habuit/ quam Paulus Perse rege deuicto. Q. Elio tuberoni genero suo quinqꝫ pondo argenti ex preda donarat. Taceo enim quod princeps ciuitatis filiam ei nuptum dedit/ cuius pecunia tā ieiunos penates videbat. qui ipse quoqꝫ adeo inops decessit/ vt nisi fundus quem vnum reliquerat venisset/ vnde vxor eius dotem reciperet non extitisset. animi virorum et feminarum vigebant in ciuitate. eorumqꝫ bonis dignitatis estimatio cunctis in rebus ponderabatur. hec imperia conciliabant. hec iungebant affinitates. hec in foro/ hec intra priuatos parietes plurimum poterāt. Patrie enim rē vnusquisqꝫ non suam augere properabat. pauperqꝫ in diuite/ q̄ diues ī paupere imperio versari malebat. Atqꝫ huic tam preclaro proposito illa merces reddebatur/ quod nichil eorū que virtuti debentur/ emere pecunia licebat. inopieqꝫ illustrium virorum publice succurrebatur.

ITa cum secundo punico bello Gneus Scipio ex Hispania senatui scripsisset/ petens vt sibi successor mitteretur/

quia filiam virginem adulte iam etatis haberet/neq; ei sine se dos expediri posset/senatus ne res publica bono duce careret/patris sibi partes desumpsit.consilioq; vxoris ac propinquorum Scipionis constituta dote/summam eius ex erario erogauit. ac puellam nuptum dedit . Dotis modus quadraginta milia eris fuit. in quo non solum humanitas p.conscriptorum/sed etiam habitus veterum patrimoniorū cognosci potest Nāq; adeo fuerunt arta / vt Accia Cesonis filia maximam dotem ad virum decem milia eris attulisse visa sit.et Megulia quia cum quingentis eris mariti domū intrauit dotate cognomen inuenerit.

IDem senatus Fabricii lucini Scipionisq; filias ab indotatis nupciis liberalitate sua vendicauit.quoniam paterne hereditatis preter opimam gloriam nichil erat quod acceptū referret.

Autem scaurus quantulam a patre hereditatem acceperit / in primo libro eorum quos de vita sua transcripsit refert.Ait enim sibi decem sola mancipia . totūq; censū quinq; atq; trignta milium nummum relictum. in hac ille pecunia futurus senatus princeps nutritus est spiritus. Hec igitur exempla respicere/hiis acquiescere solatiis debemus . Qui paruulas sensus nostros nunquam querelis vacuos esse sinimus.nullum aut admodum parui ponderis argentū/paucos seruos/septem iugera aride terre/ indigentia domestica

impensa funera! inopes dotum filias! sed egregios consulatus. mirificas dictaturas innumerabiles triumphos cernimus. Quid ergo mendicam fortunam. quasi precipuum generis humani malum diuturnis conuiciis laceramus? Que vt non abundantibus! ita fidis vberibus publicolas. Emilios. Fabricios. Curios. Scipiones. Scauros. hiisq; paria robora virtutis aluit. Exurgamus potius animis! pecunieq; aspectu debilitatos spiritus pristini temporis memoria recreemus. Namq; per Romuli casam perq; veteris capitolii humilia tecta! et per eternos Veste focos fictilibus etiam nūc vasis contentos! iuro nullas diuitias talium virorum paupertati posse preferri.

Capitulum quintum de verecundia.

QVam tempestiuus ad verecundiam trāsitus videtur. hec enim iustissimis viris precepit! vt priuatas facultates negligerent. publicas quam amplissimas esse cuperēt. Digna cui perinde atq; celesti numini templa extruantur. areq; consecrentur. quia parens est omnis honesti cōsilii. tutela solemnium officiorū. magistra innocentie. cara proximis. accepta alienis. omni loco! omni tempore! fauorabilem pre se referens vultū. Sed vt a laudibus eius ad facta veniamus! a condita vrbe vsq; ad affricanum et Tiberium longum consules promiscuus senatui et populo spectandorum ludorum locus erat. Nunq̄

tamē quisquā ex plebe ante.p.conscriptos in theatro specta re sustinuit. Adeo circunspecta ciuitatis nostre verecundia fuit. Que quidem certissimū sui documētū etiā illo die exi= buit/quo lucius flaminius extrema in parte theatri cōstitit. Qui a Marco catone et Lucio flacco censoribus.senatu mo tus fuerat/consulatus iam honore defunctus. frater etiam Titi flaminii Macedonie philippiq; victoris. Omnes enim transire eum in locum dignitati sue debitū coegerunt.

COnfregit rē p.Terentius.cānensis pugne temerario in= gressu. Idem delatam ab vniuerso senatu et populo dictatu ram/recipere non sustinendo/pudore culpam maxime cla= dis redemit/effecitq; vt acies deorum ire/modestia ipsius moribus imputaretur.itaq; titulo imaginis eius speciosius non recepta dictatura/quā aliorū gesta ascribi potest. Nos autem ad clarum verecundie opus transgrediamur.

Agna cum inuidia fortuna pretoriis comiciis/Africani superioris filiū.Gn.scipionem/et scribam Cicereiū in cam pum deduxerat. vt que nimis impotens sermone vulgi car pebatur/quod tanti viri sanguinē clientelāq; comiciali certa mine cōfuderat/ceterum crimen eius in suam laudem Cice reius conuertit. Nam vt vidit omnibus se centuriis Scipioī anteferri/templo descendit/abiectaq; candida toga/competi toris sui suffragatorem se agere cepit. Vt scilicet preturā melius africani memorie cōcederet/q̄ sibi vendicaret. Tunc

et si maximo verecundie precio / Scipio honorem adeptus est. sed Cicereio magistratus lati sunt.

AC ne protinus comiciis abeamus. consulatum petēs. L Crassus / cum omnium candidatorum more / circum forum supplex populo ire cogeretur / nūquam aduci potuit / vt id presente Quinto sceuola grauissimo et sapientissimo viro socero suo faceret. Itaq rogabat eū vt a se dum inepte rei īseruiret / discederet. maiorem verecundiam dignitatas eius / q̄ candide toge sue respectum agens.

Ompeius autem magnus Pharsalica acie victus a cesare / cum postero die Larissam intraret opidiq illius vniuersus populus obuiam ei precessisset / ite inquit et istud officium prestate victori. Dicerem non dignus qui vinceretur / nisi a cesare esset superatus. certe modestus in calamitate. Nā cum dignitate sua iā vti non poterat / vsus ē verecūdia.

QVam precipuam in Caio quoq cesare fuisse / et sepenumero apparuit / et vltimus eius dies significauit. Compluribus enim parricidarum violatus mucronibus / inter ipsū illud tēpus quo diuinus spiritus mortali discernebatur a corpore / ne tribus quidem et viginti vulneribus quin verecundie obsequeretur / absterreri potuit. Siquidem vtraq togam manu dimisit / vt inferior pars corporis tecta collaberetur. In hunc modum non homines expirāt / sed dii immortales sedes suas repetunt.

QVod sequitur externis adnectam: quia ante gestum est q̄p Etrurie ciuitas daretur. excellentis in ea regione pulchri tudinis adolescens nomine Spurrina: cum mira specie com plurium feminarum illustrium sollicitaret oculos: ideoq̄ viris ac parentibus earum se suspectum esse sentiret: oris decorem vulneribus confudit. deformitateq̄ sanctitatis sue fidem: q̄p formam irritamentū aliene libidinis esse maluit.

Thenis quidam vltime senectutis cum spectatum ludos in theatrum venisset: eumq̄ nemo ex ciuibus sessum reci peret: ad Lacedemoniorum legatos forte peruenit. qui ho minis etate moti: canos eius et annos assurgendi officio ve nerati sunt. senemq̄ ei inter ipsos honoratissimo loco dede runt. Quod vbi fieri populus aspexit: maximo plausu alie ne vrbis verecundiam comprobauit. ferunt tunc vnum ex lacedemoniis dixisse. Ergo Athenienses quid sit rectum sci unt: sed id facere negligunt.

Capitulum septimum de amore coniugali.

Placido et leni affectu: ad eque honestum: Verum aliquanto ardentiorem et concitatio rem pergam. legitimiq̄ amoris quasi quas dam imagines non sine maxima veneratione contemplādas lectoris animo et oculis subiciam. valenter inter coniuges stabilitate fidei opera percurrens ardua imitatu: ceterum co gnosci vtilia. Quia excellentissima animaduertēti: ne medio

cria quidem prestari rubori oportet esse.

Gracchus anguibus domi sue mare ac femina apprehensis/certior factus ab auruspice/mare dimisso/ vxori eius femina/ipsi celerem obitum instare/salutarem cōiugi potius q̄ sibi partem augurii secutus/marem necari feminā dimitti iussit. sustinuitq̨ in conspectu suo seipsum interitu serpētis occidi. Itaq̨ Corneliam nescio vtrum/ feliciorem dixerī q̨ talem virum habuerit/an miseriorem q̨ amiserit.

O Te Thessalie rex admete/ crudelis et duri facti crimine sub magno iudice dampnatum. qui coniugis tue fata. pro tuis permutari passus es. eaq̨ ne tu extinguere voluntario obitu consumpta lucem intueri potuisti. et certe parentum prius indulgentiam temptaueras.

Illior Graccho inique fortune victima/quamuis senatorii vir ordinis Q. plautius numida. sed in consimili amore par exemplum. Morte enim vxoris audita/doloris īpotens pectus suum gladio percussit. Interuentu deinde domesticorum inceptum exequi prohibitus/ colligatusq̨ vt primum occasio data est/ scissis fasceis ac vulnere diuulso constanti dextera spiritum luctus acerbitate permixtum/ex ipsis precordiis et visceribus hausit. Tam violenta morte testatus/ quantum maritalis flamme illo pectore clausum habuisset.

Iudem vt nominis ita amoris quoq Marcus Plautius. Nam cum imperio senatus classem sotiorum sexaginta nauium in Asiam reduceret! Tarentumq appullisset! atq ibi vxor eius Orestilla/ que illuc eũ prosecuta fuerat morbo pressa decessisset! funerata ea et in rogum imposita inter officium vnguendi et osculandi stricto ferro incubuit. quẽ amici sicut erat togatum! et calciatum / corpori coniugis iũxerunt. ac deinde subiectis facibus vtrũq vna cremauerũt. Quorum ibi factum sepulchrum est. Tarenti etiam nunc conspicitur. quod vocatur.

Nec dubito quin si quis modo extinctis sensus inest! Plaucius et Orestilla fati consortione gestiantes vultus tenebris intulerint. Saneq vbi idem et maximus et honestissimus amor est. aliquanto prestat morte iungi quam distrahi vita.

CONsimilis affectus Iulie C. Cesaris filie annotatus ẽ. Que cum in ediliciis comiciis Pompei magni coniugis sui vestem cruore respersam e campo ad se domum relatam vidisset! territa metu ne qua ei vis esset allata! exanimis concidit. partumq quem in vtero conceptum habebat / subita animi consternatione et graui dolore corporis / eicere coacta ẽ. Magno quidem cum totius terrarum orbis detrimento. cuius tranquilitas tot ciuilium bellorũ truculẽtissimo furore

perturbata non esset! si Cesaris et Põpei cõcordia cõmunis sanguinis uinculo constricta mansisset.

Vos quoq castissimos ignes Portia M. Catonis filia! cuncta secula debita admiratione prosequantur. Que cum apud Philippos victũ et interemptum virum tuum brutũ cognosces (quia ferrum non dabatur) ardentes ore carbones haurire non dubitasti! muliebri spiritu virilem patris exitũ imitata. sed nescio an hoc fortius! quod ille vsitato! tu nouo genere mortis absumpta es.

Vnt et alienigeni amores iusti. obscuritate ignorãtie nõ obruti! e quibus paucos attigisse satis erit.

Entis Carie regina Artemesia virum suum Mauseolũ fato absumptum! quantopere desiderauit! leue est post con quisitorum omnis generis honorum monimentiq vsq ad septem miracula prouecti magnificentiam argumentari. Quid enim eo colligas aut de illo indito tumulo loquare? Cum ipsa Mauseoli viuum ac spirans sepulchrum fieri cõ cupierit! eorum testimoĩo qui illam extincti ossa pocioni as persa bibisse tradunt.

ypsicratea quoq Regina Mytridatem coniugem suum effusis caritatis habenis amauit. propter quem precipuum forme sue decorem in habitu virilem conuertere volupta= tis loco habuit. Tonsis enim cappillis! equo se et armis as= suefecit! quo facilius laboribus et periculis eius interesset.

Quinctiam victum a Cneo Pompeio per efferatas gentes fugientem/animo pariter et corpore infatigabili secuta est. Cuius tanta fides/asperarum atq3 difficilium rerum Mitri dati maximum solatium et iocundissimum lenimentū fuit. Cum domo enī et penatibus vagari se credidit/ vxore simul exulante.

Erum quid Asiam / quid Barbarie immensas sollitudines / quid latebras Pontici sinus scrutor ? cum splendidissimum totius Gretie decus Lacedemon precipuum vxorie fidei specimen nunc nostris ostentet oculis / plurimis et maximis patrie sue laudibus admiratione facti comparandū.

Minie quorum origo ex īclito sociorum iasonis numero. Lenniorum in insula concepta/per aliquot seculorum vices stabilis in sede manserat / a pelagicis expulsi ramis / aliene opis indigentes / excelsa Taygetorum montium iuga supplices occupauerunt. Quos Spartana ciuitas respectu Tidaridarū recepit. nāq3 ī illo nobilis fame nauigio destinatus sideribus par fratrū fulserat. Deductos īde legibus cōmodisq3 suis īmiscuit. Sed hoc tantū beneficiū ī iīuriā bene merite vrbis regnū affectātes verterunt. Igitur publice custodie īclusi / capitali asseruabātur supplicio. Quod cū vetere īstituto lacedemoniorū nocturno tempore passuri essent/cōiuges eornm illustrissimi sanguinis / velut allocuture perituros viros/ īpetrato a custodibus aditu carcerē ītrauerūt.

Commutataq; veste / per simulationem doloris velatis capitibus / eos abire passe sunt. Hoc loco quid aliud adiecerim / q̃ꝑ dignas fuisse quibus Minie nuberent.

Capitulum Septimum De amicicia et sinceritate.

Contemplemur nunc amicicie vinculū potēs et preualidum / neq; vlla ex parte sanguinis viribus inferius Hoc etiam certius et exploratius / quod illud nascendi sors fortuitum opus / hoc vniuscuiusq; solido iudicio inchoata voluntas contrahit. Itaq; celerius sine reprehensione propinquum auertere / q̃ꝑ amicum. quia altera direptioni vtiq; iniquitatis / altera vtiq; leuitatis crimini subiecta est. Cū enī deserta sit futura vita hoīs / nullius amicicie cinta presidio / tā necessariū subsidiū / temere assumi non debet. Semel autem rectum reprehensum / sperni non conuenit. Sincere vero fidei amici precipue ī aduersis rebus cognoscuntur. In quibus quicquid prestatur / totum a constanti beniuolentia proficitur. felicitatis cultus maiore ex parte adulationi / q̃ꝑ caritati erogatur. Certe suspectus est perinde ac plus semper petat / quā impendat. Accedit huc. quod infracte fortune homines magis amicorū studia desiderant / vel presidii vel solacii gratia. Nam leta quidem et prospera negotia / vtpote cum diuina suffragatione foueantur / humana minus indigent.

Enatius igitur eorum noīa posteritatis memoria appre

hendit: qui aduersus amicorum casus non deseruerunt: q̄ꝑ qui prosperum vite cursum comitati sunt. Nemo de sardanapali familiaribus loquitur. Orestes pylade pene amico: q̄ꝑ agamenone notior est patre. Siquidem illorum amicicia ī cōsortione delitiarū et luxurie cōtabuit: horū dire atq; aspere cōditionis solatiū ipsarū miseriarū exprimēto enituit

Ed quid externa attingo: cū domesticis prius liceat vti? Inimicus patrie fuisse Tiberius gracchus existimatus ē. nec imerito: quia potentiam suā saluti eius pretulerat. quā constantis fidei amicum etiam in hoc tam prauo proposito .C. Blosium cumanum habuerit operepretium est cognoscere. hostis iudicatus: vltimo supplicio affectus: sepulture honore spoliatus: beniuolentia tamen eius non caruit. Nā cum senatus Rutilio et Leuati consulibus mandasset: vt in eos qui cum Gracho consenserant: more maiorum animaduerterent. et ad Lelium cuius consilio precipue cōsules vtebantur: pro se Blosius deprecatum venisset: familiaritatisq; excusatione vteretur atq; is dixisset: Quid si te Gracchus tēplo Iouis optimi maximiq; fasces subdere iussisset? obsecuturus ne illius voluntati propter istam quam iactas familiaritatem fuisses? nunq̄ꝑ istud inquit gracchus imperasset. Satis ymmo etiam nimium. Totius nāq; senatus consensu damnatos mores defendere ausus est.

VErū quod sequitur multo audatius multoq; periculosius.

Compressus enim perseueranti interrogatione Lelii in eo-
dem constanti gradu stetit. seq; etiam hoc si modo Gracchus
annuisset/ facturum respondit. Quis illum sceleratum pu
tasset fuisse/ si tacuisset? quis non etiã sapientem/ si pro ne
cessitate temporis locutus esset? At Blosius nec silentio ho
nesto nec prudenti sermone salutem suã ne qua ex parte infe
licis amicicie memoriam desereret/ tueri voluit.

N eadem domo eque robusta constantis amicicie exẽpla
oboriuntur. Prostratis enim iam et perditis. Ca. Gracchi
consulis/ rebusq; cum tota eius conspiratio late quereretur/
desertum omni auxilio / duo tantum amici Pomponius et
Letorius ab infestis et vndiq; ruentibus telis opposit u cor
porum suorum texerunt. Quorum Pomponius quo is fa
cilius euaderet/ concitatum sequentium agmen in porta tri
gemina aliquamdiu acerrima pugna inhibuit. Nec viuus
pelli potuit. sed multis confectus vulneribus/ transitum su
per cadauer suum eis credo etiam post fata inuitus dedit.
Letorius autem in ponte suplicio constitit. et eũ donec Grac
chus transiret/ ardore spiritus sui sepsit. Ac vi iam mul
titudinis obrutus/ conuerso in se gladio celeri saltu profun
dum Tiberis petiit. Quamq; in eo ponte caritatem toti pa
trie Oracius Cocles exibuerat/ vnius amicicie adiecta vo
luntaria morte prestitit. ¶ Quam bonos Gracchi si aut
patris/ aut materni aui sectam vite ingredi voluissent/

habere milites poterant? Quo enim impetu! qua perseuerantia animi! Blosius et Pomponius et Letorius trophea ac triumphos eorum adiuuissent? furiosi conatus. tam strenui comites! sinistris quidem auspiciis amicicie condicionē secuti. sed quo miseriora! hoc cerciora fideliter culte nobilitatis exempla.

S. autem reginus si ad debitam publico ministerio sinceritatem exigatur! posteritatis conuicō lacerandus. si amicicie fido pignore extimetur! in optimo laudabilis cōscientie portu relinquendus est. Tribunus enim plebis / Cepionem in carcerem coniectum! quod illius culpa exercitus noster a Cibris et Teutonicis videbatur deletus! veteris arteq; amicicie memor! publica custodia liberauit. Nec hactenus amicū egisse contentus! etiam fuge eius comes accessit.

PRoch magnum et inexuperabile tuum numen amicicia. cum ex altera parte. r. p. manum iniceret! et ex altera tua illum dextera traheret! et illa vt sacrosanctus esse vellet exigeret! tu exilium indiceres. adeo blando vteris imperio! q̄ is supplicium honori pretulit.

Dmirabile hoc opus tuum. sed quod sequitur aliquanto laudabilius. recognosce enim quousq; Volumnii! constantē erga amicum suum caritatem sine vlla reipublice īiuria euexeris. Qui ortus equestri loco! cū Marcū Lucullū familiariter coluisset! cūq;. M. antonius (quia bruti et Cassii partes

secutus fuerat) interemisset / in magna fugiendi licentia ex animi amico adhesit. hucusq; in lacrimas et gemitus profusus / vt nimia pietate / causam sibi mortis arcesserit. Nā propter precipuam et perseuerantem lamentationem ad Antonium pertractus est. Cuius postq̄ in conspectu stetit / iube me inquit imperator protinus ad Luculi corpus ductum occidi. Neq; enim absumpto illo superesse debeo / cum ei infelicis militie auctor extiterim. Quid hac fidelius beniuolentia? mortem amici / hostis odio leuauit. vitam suam consilii crimine astrinxit. quo q; illum mirabiliorem redderet / se fecit inuisiorem. nec difficiles antonii aures habuit. Ductusq; quo voluerat / dexteram luculi auide osculatus. caput quod abcisum iacebat sublatum pectori suo applicauit. ac deinde dimissam ceruicem / victori gladio prebuit.

Loquatur Grecia Thesea nefandis Perithoi amoribus subscribētem / ditis se patris regnis cōmisisse. Vani est istud narrare. stulti credere. mixtū cruorē amicorum / et vulneribus innexa vulnera / mortiq; inherentem mortem videre / hec sunt vera Romane amicicie indicia / illa gentis ad fingēdum parate monstro similia mendatia.

L. quoq; Petronius huiusce laudis consortionem merito vendicat. Pari enim inclite amicicie ausu / par glorie portio asserenda est. Admodum humili loco natus / ad equestrem ordinem et splendide milicie stipendia Publii Celii

beneficio peruenerat. Cui gratum animum quia leta in materia exibere non contigerat / in ea q̃ iniquam fortuna esse voluit / cum multa fide prestitit. Erat ab octauio consule Placentie prepositus Celius / qua Cumano exercitu capta / senior iam et graui valitudine affectus / ne in potestatē hostium veniret / ad auxilium dextere petronii cōfugit. quē is ab incepto consilio frustra conatus abstrahere / ī iisdē perseuerantem precibus interemit. sedibq; eius suam iunxit. ne eo iacente per quem omnia dignitatis īcrementa assecutus fuerat / superesset. Ita alterius fato verecundia / alterius pietas causam prebuit.

Vngendus Petronio Seruius terentius est. quamq̃ ei sicut cupierat pro amico suo perire non contigit. Incepto namq; egregio non irrito euentu estimari debet. quia quantum in illo fuit / et ipse extinctus est / et. D. brutus periculū euasit mortis. Qui fugiens a Mutina / vt ad se interficiēdū ab Antonio missos equites aduenisse cognouit / quodam in loco iuste pene debitum spiritū tenebris furari conabatur. Eoq; iam facta irruptione / Terentius fideli mendatio obscuritate ipsa suffragante brutum se esse simulauit. et corpus suum trucidandum equitibus obiecit. Verum cognitus a Furio cui brutiane vltionis officium mandatū fuerat / nece sua amici supplicium discutere non potuit. sic inuitus fortuna cogente vixit.

A

B hoc horrido et tristi pertinacis amicicie/ad letum et serenum vultum transeamus. Atq; inde eā euocatam vbi oīa lacrimis gemitu cedibus fuerant referta/in eo quo dignior est felicitatis domicilio collocemus/gratia honore abundan dantissimisq; opibus fulgente.

P Rire igitur ab illa(que sanctorum vmbris ditata esse creditur)sede. Hinc decime leli/illinc. M. agrippe/alterum virorum/alterum deorum/maximum amicū/et certa mente. et secundis omnibus sortiti. totumq; beate turbe gregē/qui vestro ductu veneranda sincere fidei stipendia laudibus et premiis onustus peregit/ in lucem vobiscum pertrahite. vestros enim constantes animos/ vestra strenua ministeria vestram inexpugnabilem taciturnitatem/proq; dignitate et salute amicorum perpetuā excubationē/testationē/beniuolētiam/et rursus harum rerum vberrimos fructus posterior intuens etas/ in excolendo iure amicicie quam libentius/ quam etiam religiosius erit operata.

Eret animus in domesticis. sed aliena quoq; benefacta referre Romane vrbis candor hortatur.

D Amon et Pithias/pitagorice prudentie sacris iniciati. tam fidelem inter se amiciciam iunxerunt/ vt cum alterum ex his Dionisius Siracusanus interficere vellet/atq; is tempus ab eo quo prius q̄ periret domum profectus/res suas ordinaret īpetrauisset. alter vadē se pro reditu eius tyranno

dare non dubitauit. Solutus erat a periculo mortis! qui mo
do gladio ceruices subiectas habuerat. eidem capud suum
subierat cui securo viuere licebat. Igitur omnes et in pri=
mis Dionisius! noue atq; ancipitis rei exitum speculabātur.
Appropinquāte deinde definita die! ne illo reddeunte! vnus
quiq; stulticie tam temerarium sponsorem damnabat. At is
nichil se de amici constantia metuere predicabat. Eodem au
tem momento et hora Dionisio constituta! qui eam accepe=
rat! superuenit. Admiratus amborū animum tyrannus!
supplicium fidei remisit. insuperq; eos rogauit! ut se in soti
etatem amicicie tertium sodalicii gradum vna culturum be
niuolentia reciperent. Heccine vires amicicie mortis contē
ptum ingenerare! vite dulcedinem extiguere! crudelitatem
mansuefacere! odium in amorem conuertere! penam bene
ficio pensare potuerunt. quibus pene tantum venerationis
quantum deorum immortalium cerimoniis debetur. Illis
enim publica salus! his priuata continetur. Atq; vt illarum
edes sacra domicilia! sic harum fida hominum pectora qua
si quodam sancto spiritu referta templa sunt.

QVod ita esse rex Alexander sensit. Darii castris ī quibus
omnes necessarii eius erant potitus! ephestione gratissimo
sibi latus suum tegente! ad eos alloquendos venit. Cuius
aduentu mater Darii recreata! humi postratum caput ere=
xit. Ephestionemq; (quia et ī statura et forma prestabat) mo

re Persarum adulatata: tanq̄ alexandrum salutauit. Admonita deinde erroris/ per summam trepidationem excusationis verba querebat. Cui alexander/nichil est(inquit)quod hoc nomine confundaris. Nam et hic alexander est. Vtri prius gratulemur? qui hoc dicere voluerit/an cui audire cō tigit? Maximi enim animi rex/etiam totum terrarum orbē aut victoriis/aut spe complexus tam paucis verbis/se cum comite suo partitus est. O donum inclite vocis danti pariter atq; accipienti speciosum.

QVod priuatim quoq; veneror merito clarissimi ac disertissimi viri promptissimam erga me beniuolentiam expertus. Nec metuo ne parum conueniat michi Pompeiū meū instar esse alexandri. cum illi ephestio suus alter fuerit alexander. Ego vero grauissimo crimini sim obnoxius/constā tis et benigne amicicie exēpla sine vlla eius mentione trāsgressus. Cuius in animo velut in parentum amantissimorum pectore letior vite mee status viguit. tristior acquieuit A quo omnium comodrum incrementa vltro oblata cepi. per quē tutior aduersus casus steti. Qui studia nostra ductu et auspiciis suis lucidiora et alacriora reddidit. Itaq; paui inuidiam quorumdam optimi amici iactura. videlicet quia fructum torseram/ non quidem meo merito. gratiam meā quantacunq; fuit cum his qui ea vti voluerunt partitus. verum nulla tam modesta felicitas est/que malignitatis dētes

vitare possit. et quo secessu quosdam fugeris? aut quibus infulis misericordie permulseris / ne alienis malis perinde ac bonis suis letentur et gestiant? diuites sunt aliorum iacturis. locupletes calamitatibus. immortales funeribus. sed illi quatenus alienis incomodis suorum adhuc expertes insultent / optima uindex insolentie varietas humane conditionis viderit. De liberalitate. Capitulum octauum.

[N]Ostrum opus pio egressu ad proprium ardorem prouectum / in suum ordinem reuocetur. liberalitatisque cõmemorationi vacemus. Cuius duo sunt maxime probabiles fõtes. verum iudiciũ. et honesta beniuolentia. Nam cum ab his oritur tũ demum ei ratio constat. dono autem ipsi gratia et magnitudo quidẽ sua. sed efficatiorem aliquanto oportunitas conciliat.

ACcedit enim precio rei inestimabile momentum occasionis. que fabium maximum tot ante secula parua pecunie sũma erogata / ad hoc vsque tempus laudabilem fecit. Captiuos ab hannibale interposita pactione nummorum receperat. qui cum a senatu non prestarentur / misso ĩ vrbem filio fũdum quem vnicum possidebat vendidit. eiusque precium hannibali protinus numerauit. si ad calculos reuocetur / paruũ vtpote septem iugeribus et hoc in pupinia additis redactũ. si animo prerogantis / omni pecunia maius. Se enim patrimonii / quam patriam fidei inopẽ esse voluit. Eo quidem maiore

cum commendatione / quod proni studii certius. inditiū est supra vires niti / q̃ viribus ex facili vti. Alter enim quod potest prestat / alter plus etiam q̃ potest.

ITaq; eiusdem temporis femina Busa nomine regionis aūt Apule ditissima / merito quidem liberalitatis testimoniū receperit. Sed excellentes opes suas Fabianis rei familiaris angustiis non comparauerit. Nam et si circa decem milia ciuium nostrorum Cannensis perelii reliquias benignissime intra Canusina menia alimentis sustentauit / saluo tamē statu fortunarum suarum / munificā se.p.ro. prestitit. Fabius in honore patrie paupertatem inopia mutauit.

N quinto quoq; considio saluberrimi exempli / nec sine paruo ipsius fructu liberalitas adnotata est. qui catiline furore ita consternata.r.p. vt ne a locupletibus quidem debite pecunie (propter tumultum preciis possessionū diminutis) solui creditoribus possent / cum cencies atq; quinquagesies sextercii summā in fenore haberet / neq; de sorte quenq̃ debitorum suorum neq; de vsura appellari a suis passus ē / quantumq; in ipso fuit / amaritudinem publice confusionis / priuata tāquilitate mitigauit. oportune mirificeq; testatus se nūmorum suorum non ciuilis sanguinis esse feneratorem. Nam qui nunc precipue negotiacione delectantur / cum pecuniam domum cruentam retulerunt / q̃ improbādo gaudio exultenter cognoscent / si diligenter senatusconsultū

quo considio gratie acte sunt/legere non fastidierint.

QVeri mecum iam dudum populus Romanus videtur/ quod cū singulorū munificentiam consecter/de sua taceam.

D summam eius laudem pertinet/ quem animum regibus et vrbibus et gentibus prestiterit recognosci. quod omne preclari facti decus crebra memoria in seipso reuirescit.

ASiam bello captam Attalo regi muneris loco possidēdā tradidit. eo excelsius et speciosius vrbis nostre futurum īperium credens/si ditissimam atq; amenissimam partem terrarum vrbis in beneficio/ꝙ in fructu suo reponere maluisset Ipsa victoria donum felitius/quia multum inuidiam occupasse habere potuit. tantum tribuisse gloria carere non potuit.

Llius vero Romane liberalitatis celestem spiritum mille littere satis dignis laudibus prosequentur.

PHilippo enim macedonie rege superato/ cum ad ischinicum spectaculum tota grecia conuenisset/T. quītius flaminius tube signo silentio facto/per preconem hec verba recitari iussit. senatus populusq; romanus et Titus quītius flaminius imperator omēs Gretie vrbes/que sub dicione philippi regis fuerūt liberas atq; immunes esse iubet. Quibus auditis/maximo et īopinato gaudio homines perculsi/primo veluti non audisse se que audierunt credentes obticuerunt. Iterata deinde pronunciatione preconis tanta celum

clamortis alacritate compleuerunt: vt certe constet aues que superuolabant attonitas: pauentesq; decidisse. Magni animi fuisse a tot captiuorū capitibus seruitutem detraxisse. quod tunc nobilissimis et opulentissimis vrbibus.p.r.libertatem largitus est. Ad cuius maiestatem pertinet non solum que ipse benigne tribuit: sed etiam que alio tribuente sensit cō=memorari. Vt enī illic memorate: ita hic reddite laudis cō=mendatio est.

HIero Siracusarum rex audita clade qua Romani apud Transimenū lacum erant afflicti: tricentos et mille modios tritici et ducētos ordei auriq; ducenta et quadraginta pondo vrbi nostre numeri misit. Neq; ignarus verecundie maiorū nostrorum.ne nollent accipere: in habitum id victorie for=mauit vt eos religione motos: munificētia sua vti cogeret. voluntate mittendi prius.iterum prouidentia cauendi ne re mitteretur liberalis.

. Vbnectam huic Agrigentinū calliam / quē propemodū ipsius libaralitatis precordia constat habuisse. Erat opibus excellens / sed multo etiam animo q̄ diuitiis locupletior. sē=perq; in eroganda potius: quam in corripienda pecunia oc=cupatus.adeo vt domus eius quasi quedam munificentie of ficina crederetur. Illinc enim publicis vsibus apta monu=menta extruebantur.illinc grata pupillis oculis spectacula edebātur.illic epularū munifici apparatus. latētiq; annone

subsidia oriebantur. et cum hec vniuersis priuatim alimenta inopia laborantibus / dotes virginibus paupertate pressis subsidia detrimentorum incursu quassatis erogabantur. hospites quoque tum vrbanis penatibus / tum etiam rusticis tectis benignissime excepti / variis muneribus ornati dimittebantur. Quodam vero tempore quingentos simul Gelensium equites vi tempestatis in possessiones suas compulsos aluit ac vestiuit. Quid multa / non mortalem aliquem / sed propicie fortune benignum esse diceres sinum. Ergo quod Callias possidebat / omnium quasi commune patrimonium erat. Pro cuius salute et incrementis tum agrigentina ciuitas / tum etiam vicine regiones votis excubabant / collocato e cõtraria parte archas inexorabilibus claustris obseratas. nonne prestantiorem aliquanto existimes illam impensam quam hanc custodiam.

¶ Valerii Maximi liber quartus desinit.

¶ Tituli Quinti libri.

De humanitate et Clemẽtia. Capitulum primũ. ¶ De gratis. Capitulum secundum. De ingratis Capitulum tertium ¶ De pietate erga parentes. capitulum quartum De pietate erga fratres. Capitulum quintũ. De pietate

erga patriam. Capitulum sextum. De parentum amore et indulgentia in liberos. Capitulū septimum. De seueritate patrum in liberos. Capitulū octauū. De parentum ad uersus suspectos liberos moderatione. capitulum nonum. De parentibus qui obitum filiorū forti animo tulerūt. Capitulum decimum.

De humanitate et clementia. ca. primum.

Liberalitate quas aptiores comites quam humanitatem et clementiam dederim ꝯ quoniā idem genus laudis expetunt: quarum prima inopia/ proxima occupatione/ tertia ancipiti fortuna prestatur. Cumqꝫ nescias ꝙ maxime probes / eius tamen commendatio procurrere videtur. Cui nomen ex ipso numine quesitum est.

Ante omnia autem humanissima et clementissima senatus acta referam. qui cum cartaginentium legati ad captios reddimendos in vrbem venissent / protinus his nulla pecunia accepta / reddidit iuuenes numerū duum milium et septingentorum quadraginta trium expletissimos rerum. Tantū hostium exercitum dimissum / tantam pecuniam cōtemptā / tot punicis iniuriis veniam datam / ipsos legatos obstupuisse arbitror. ac secum dixisse. O munificentiam gentis Romane / deorum benignitati equandam. O etiam nostram legationem supra vota felicem. Nam quod beneficiū nūqua

dedissemus/accepimus.

ILlud quoq; non paruum humanitatis senatus iudicium est. Syphacem enim quondam opulentissimum Numidie regem/captiuum in custodia tyburi mortuum/publico funere censuit offerendum. vt vite dono honorem sepulture adiceret.

Consimiliq; clementia in Persa vsus est. Nã cum albe in quam custodie causa religatus erat decessisset/questorem misit. qui eum publico funere efferret. Ne regias reliquias iacere inhonoratas pateretur. Hostibus hec et miseris et fato functis officia regibus erogata/illa amicis et felicibus et viuis tributa sunt.

Confcõ Macedonico bello Musachanes Masinisse filius cum equitibus quos in presidium Romanorum adduxerat ab imperatore Paulo ad patrem remissus/tempestate classe dispersa/Brõdusium eger delatus est. Quod vbi senatus cognouit/continuo illo questorẽ ire iussit. cuius cura et hospicium adolescenti expediretur/et omnia que ad valitudinẽ opus essent preberentur/impenseq; liberaliter cum ipsi/tũ toti comitatui prestarentur. naues etiam vt prospicerẽtur. quibus se bene ac tuto cum suis in Africam traiiceret. equitibus singulas libras argenti et quĩquagenos sextercios dari imperauit. Que tam prompta et tam exquisita patrũ conscriptorum humanitas efficere potuit/vt etiam si expi=

rassset adolescens/equiore aio desideriũ eius pater tolcraret

I Dem senatus cũ ad gratulãdũ sibi Prusyam bithinie re gẽ ad se venire audisset / obuiã illi. P. corneliũ scipionẽ que storẽ Capuã misit. censuitq; vt ei domus Rome quã optia cõducerctur. et copie nõ solũ ipsi/sed etiam comitibus eius publice preberẽtur. ĩ eoq; excipiẽdo / tota vrbs vnius hũani amici vultũ habuit. Itaq; qui amãtissimus nostri venerat/ duplicata erga nos beniuolentia ĩ regnũ suũ reuersus est.

Ec egiptus quidẽ Romane humanitatis expers fuit. rex eius ptolomeus a minore fratre regno spoliatus / petẽdi au xilii gratia cũ paucis admodũ seruis squalore oblitus/ Ro= mã venerat. at se in hospicium alexãdrini pictoris cõtulerat. Id postq̃ senatui relatũ ẽ/accersito iuuene/q̃ potuit accura= ta excusatione vsus est quod nec questorẽ illi more maiorũ obuiã misisset/nec publico eũ hospicio excepisset / eaq; non sua negligẽtia / sed ipsius subito et clãdestio aduẽtu facta di xit. et illũ e curia protinus ad publicos penates deduxit. hor tatusq; ẽ/vt depositis sordibus/adeũdi ipsius diẽ peteret quĩ etiã cure habuit/ vti munera per questorem cotidie darẽtur His hradibus officiorum iacentẽ / ad regiũ fastigiũ erexit. effecitq;/vt plus spei in auxilio. p. r. q̃ metus in sua fortũa reponeret.

ATq; vt ab vniuersis patribus cõscriptis ad sigulos veniã Lucius cornelius consul primo punico bello cum Olbiam

opidum cepisset / pro quo fortissime dimicans Aimo dux Cartaginensium occiderat / corpus eius e tabernaculo suo amplo funere extulit. nec dubitauit hostis exequias ipse celebrare. Tum demum victoriam et apud deos et apud homines minimum inuidie habituram credens / cum plurimū humanitatis habuisset.

QVid de Quintio Crispino loquar ? cuius mansuetudinē potentissimi affectus ire atq; gloria / quatere non potuerūt? campanum Badium / et hospicio beniguissime domi sue exceperat / et aduersa valitudine correptum / attentissima cura recreauerat. A quo post illam nefariam Campanorum defectionem / in acie ad pugnam prouocatus / cum et viribus corporis et animi virtute aliquanto esset superior / mōnere ingratum quā vincere maluit. Nam quid agis inquit demens? aut quo te praua cupiditas transuersum rapit? parū habes dublica impietate fuere / nisi etiam priuata lapsus fuerit. vnus videlicet tibi Romanorum Quintius placet / in quo scelestе exerceas arma / cuius penatibus / et honoris vicissitudinem / et salutem tuam debes. At me fedus amicicie / diiq; hospitales / sancta nostro sanguini vestris pectoribus vilia piguora / hostili certamine congredi tecum vetāt. Quinetiā si in concursu exercituum fortuito vmbonis mei īpulsu prostratū agnouissē / applicatū iā ceruicibus tuis mucronē reuocassē. Tuum ergo crimen sit hospitem occidere

voluisse/meum non erit hospes occisus. Proinde aliam qua occidas dexteram quere/quoniam mea te seruare didicit. Dedit vtrique celeste numen debitum exitum. Siquidē in eo prelio Badius obtruncatus est. Quintius insigni pugna clarus euasit.

Age/Marci Marcelli clementia/quod clarum quoque memorabile exemplum haberi debet: qui captis a se Syracusis in arce earum constitit/vt vrbis modo opulentissime tunc afflicte fortunam ex alto cerneret/ ceterum casum eius lugubrē intuens/fletum cohibere non potuit. Quem si quis ignarus vir aspexisset/alterius victoriam esse credidisset. Itaque Syracusana ciuitas maxima clade tua aliquid admixtū gratulationis habuisti/quia si tibi incolumen stare fas nō erat/ leuiter sub tam mansueto victore cecidisti.

Quintus vero Metellus Celtibericum in Hispania gerēs bellum. Cum vrbem Centobricam obsideret/ et iam admota machina partem muri que sola conuelli poterat disiecturus videretur/ humanitatem propinque victorie pretulit. Nam cum Rhetogenis filios qui ad eum transierant/ Centobricēses machine ictibus obiecissent/ne pueri in conspectu patris crudeli genere mortis consumerētur (quamquam ipse rhetogenes negabat esse impedimento/ quominus etiam per exitum sanguinis sui expugnationem perageret) ab obsidione discessit. Quo quidem tam clementi facto et si non

vnius ciuitatis menia ! omnium tamen celtiberarum vrbiū animos cepit. Effecitq; vt ad reddigendas eas inditionem p.r. non multis ſibi obſidionibus opus eſſet.

Fricani quoq; poſterioris hūanitas ſpatioſe lateq; patuit. Expugnata enim Cartagine circa ciuitates Secilie litteras miſit! vt ornamenta templorum ſuorum a penis rapta! per legatos recuperarēt. inq; priſtinis ſedibus reponenda curarent. beneficiū diis pariter atq; hominibus acceptum.

HVic facto / par eiuſdem viri humanitas. A queſtore ſuo haſte ſubiectos captiuos vendente ! puer eximie forme et liberalis habitus miſſus eſt. de quo cum exploraſſet Numidam eſſe! orbum relictum a patre! educatum apud auunculum Maſmiſſam! eo ignorante inmaturam aduerſus Romanos īgreſſū militiā! et errori illius veniā dādā! et amicicie regis fidiſſimi po. ro. debitam veneratiōē tribuendam exiſtimauit. Itaq; puerum annulo! fibulaq; aurea! et tunica laticlauia! Hiſpanoq; ſagulo! et ornato equo! donatū ! datis qui eū proſequerētur equitibus ad maſſmiſſā miſit. Eos victorie maxios fructus ratus! dis ornamenta templorum! hominibus et regibus ſanguinem ſuum reſtituere.

.Etiam Pauli in tali genere laudis memoria apprehendenda eſt. Qui cum Perſen parui temporis momento captiuum ex rege ad ſe adduci audiſſet ! occurrit ei Rormani perii decoratus ornamētis ! conatūq; ad genua procūbere!

dextera manu alleuauit / et greco sermone ad spem exhorta=tatus est. introductum etiam i tabernaculum / lateri suo proximum in consilio sedere iussit / nec honore mense indignū iudicauit. Proponatur in conspicuo acies qua Prostratus ē perses / et harum rerum quas retuli contextus / vtro magis spectaculo delectentur homines dubitabunt. Nam si egregium est hostem deicere / non minus tamen laudabile / ifelici scire misereri.

Ec. L. Pauli huanitas admonet me / ne de Cn. Pōpei clemētia taceam / Regē armenie Tygranē qui et per se magna cū populo romano bello gesserat / et infestissimū vrbis nostre Mytridatē Ponto pulsū viribus suis protexerat / in conspectu suo diutius iacere supplicem passus non est. sed benignis verbis recreatum / diadema quod abiecerat capiti reponere iussit. Certisqꝫ rebus imperatis / in pristinum fortune habitū restituit. Eque pulcrum esse indicans / et vincere reges / et facere.

QVam preclarum tribute humanitatis specimen Cn. Pōpeius. ꝙ miserabile desiderate idem euasit exemplum. Nam qui Tygranis timpora insigni regio texerat / eius caput tribus coronis triumphalibus spoliatum / in suo modo terrarum orbe nusquā sepulture locū habuit. Sed abcisum a corpore inops rogi nefarium egiptie perfidie munus portatum est. Etiam ipsi victori miserabile / Vt enim id Cesar

aspexit/oblitus hostis/ soceri vultum induit/ ac Pompeio/ tū proprias/tū et filie sue lacrimas reddidit. Caput autem plurimis et preciosissimis odoribus cremandum curauit. Quod si non tam mansuetus animus diuini principis extitisset/Paulo ante romani imperii columen habitum (sicut mortalium negocia fortuna versat) inhumatū iacuisset.

Atonis quoq̧ morte Cesar audita/ et se illius glorie inuidere et illum sue inuidisse dixit. Patrimoniumq̧ eius liberis ipsius incolume seruauit. et Hercule diuinorum cesaris operum non parua pars Catonis salus fuisset.

M. etiam antonii animus talis humanitatis intellectu non caruit. marci enim bruti corpus liberto suo sepeliendum tradidit. quoq̧ honoratius cremaretur/inici ei suū paludamentum iussit. iacentē/non hostem sed ciuem/ deposito estimās odio. cumq̧ interceptū a liberto paludamētum comperisset/ ira partitus protinus in eum animanduertit/hac ante prefatione vsus. Quid tu ignorasti cuius tibi viri sepulturam cōmisissem? fortem piamq̧ eius victoriam Philippicā dii libēter viderunt. Sed ne ista quidem generosissime indignationis verba inuiti audierunt.

Ommemoratione Romani exempli/ in Macedoniam deductus/ morum Alexandri preconium facere cogor. Cuius vt infinitam gloriā bellica virtus/ ita precipuum amorem clementia meruit. Is dum omnes gentes infatigabili cursu

lustrat / quodam loci nauali tempestate oppressus / senio iā confectum Macedonem militem nimio frigore obstupefac-tum / ipse sublimi et propinqua igni sede sedens animaduertit. factaq; non fortune sed etatis vtriusq; estīatione descēdit. Et illis manibus quibus opes Darii afflixerat / corpus frigore duplicatum / in suam sedem imposuit. id ei salutare futurum dicens / quod apud persas capitale extitisset / soliū regium occupasse. Quid ergo mirum est si sub eo duce tot annis militare iocundum ducebant / cui gregarii militis incolumitas proprio fastigio carior erat?

IDem / non hominum vlli / sed nature fortuneq; cedens / q̄ quā violentia morbi labebatur / in cubitum tamen erectus / dexteram omnibus qui eam contingere vellent porrexit. Quis aūt illam osculari nō occurrerit / que iā fato oppressa / maximi exercitus complexui humanitate quā spiritu viuidior esuffecit?

on tā robusti generis hūanitas / sed et ipsa tamē meōria prosequēda / pisistrati atheniensiū tyrāni narrabitur. qui cū adolescēs quidā amore filie eius virgīs accēsus ī publico obuiā sibi factā osculatus esset / hortāte vxore vt ab eo capitale suppliciū sumeret / respōdit / si eos qui nos amant īterficiemus / quid his faciemus quibus odio sumus? minime digna vox / cui adiciatur eā ex tyrāni ore de hūanitate manasse. In hunc modū filie iniuriā tulit / suā multo laudabilius.

A Thrasippo amico inter cenā sine fine cōaitio laceratus/ ita et animū et vocem ab ira cohibuit/ vt putares satellitem a tyranno male audire. abeuntem quoqꝫ veritus ne propter metum maturius se conuiuio subtraheret/ inuitatione fami liari cepit retinere. Thrasippus concitate temulentie īpetu euectus/ os eius sputo respersit/ nec tamen in vindictā sui valuit accendere. Ille vero etiam filios suos violate patris maiestati subuenire cupientes/ retraxit. Posteroqꝫ die Thrasippo suppliciū a se voluntaria morte exigere volenti/ veīt ad eum/ dataqꝫ fide in eodem gradu amicicie se mansurum/ ab incepto reuocauit. Si nichil aliud dignū honore meōrie gessisset/ hiis tamen factis abūde se posteritati cōmēdasset.

Que mitis animus Pyrrhi regis audierat apud quosdā in conuiuio Tarentinorum parum honoratum de se sermo nem habitum/ accersitos qui ei interfuerūt/ percontabatur an ea que ad aures ipsius peruenerant/dixissent. Tum ex his vnus/nisi inquit vinū nobis defecisset/ ista que tibi rela ta sūt pre his que de te locuturi eramus/ lusus ac iocus fuissent.

Tam vrbana crapule excusatio/ tamqꝫ simplex veritatis confessio/iram regis conuertit in risū. Qua quidē clemētia et moderatione assecutus est/ vt et sobrii sibi Tarentini gratias agerent/et ebrii bene precarentur.

B eadem altitudine humanitatis legatis Romanorum ad redimendos captiuos castra sua petentibus/ quo

tutius venirent Liconem molosum obuiam misit. Quo ho noratius exciperentur / ipse cum ornatu equitatuum extra portam occurrit. secundarum rerum adeo prouentu non cor ruptus / vt officii prospectum in hisdem poneret / qui tum maxime armis cum eo dissidebant.

CVius tam mitis ingenii debitum fructū vltimo fati sui tēpore recepit. Nā cum diris auspiciis argiuorū iuasit vrbē abscisūq; eius caput Alcyoneus antigoni regis filius / ad pa trē propugnatorē laborans letus velut aliquod felicissimū victorie opus attulisset / antigonus correpto iuuene quod tā ti viri subite ruine / imemor humanorum casuū effuso gau dio insultaret / humo caput sublatum gausea (qua velatum caput suum more macedonū habebat) texit. corporiq; Pyr rhi redditum / honoratissime cremandum curauit. Quietiā filium eius Helenum captiuum ad se pertractū / et cultū et animū regiū gerere iussit. ossaq; ei pyrrhi aurea inclusa vr na / Epyrū ī patriā ad alexandrū fratrē portāda dedit

Campani autem exercitum nostrum cum consule (apud Caudinas furcas sub iugum a Samnitibus missum / nec in ermen tantum sed etiam nudum / vrbem suam intrantem / perinde ac victorem / et spolia hostium pre se ferentem) vene rabiliter exceperunt. Protinusq; consuli insignia honoris / militibus vestem / arma / equos / comeatū benignissime pre stando / et inopiam et deformitatē Romane cladis mutarūt.

Quo aio si pro imperio nostro aduersus Hannibalem quoꝗ vsi fuissent / truculentis securibus / materiam sciendi nō prebuissent.

Facta mentione acerrimi hostis / mansuetudinis eius operibus q̄ romano nomini prestitit / locum qui inter manus est / finiam. Hannibal enim emilii pauli apud cannas trucidati quesitum corpus / quantum in ipso fuit inhumatum iacere passus non est.

Annibal Tiberium gracchum Lucanorum circunuētū insidiis / cum summo honore sepulture mādauit / et ossa eius in patriam portanda militibus nostris tradidit.

Hannibal. M. marcellū in agro brutio (dū conatus Penorū cupidius q̄ cōsideratius speculatur) īteremptū legitimo iure extulit. punicoqꝫ Sagulo / et corona donatū laurea / rogo īposuit.

Ergo humanitatis dulcedo etiam inefferata barbarorum ingenia penetrat. orbosqꝫ et truces hostium mollit oculos. ac victorie insolentissimos spiritus flectit. Nec illi arduum ac difficile est inter arma contraria / īter districtos cominus mucrones / placidum iter reperire. Vincit iram. prosternit odium. hostilemqꝫ sanguinem hostilibus lacrimis miscet. Atqꝫ etiam Hannibalis admirabilem vocem pro funeribus Romanorum ducum arbitria statuentis expressit. Quia aliquanto ei plus glorie Paulus et Gracchus et

Marcellus sepulti: q̃ oppressi attulerunt. Siquidem illos punico astu decepit: Romana mãsuetudine honorauit. vos quoq; fortes ac pie vmbre non penitendas sortite estis exequias. Nam vt optabilius ĩ patria: ita speciosius pro patria collapse: supremi officii decus infelicitate amissum: virtute recuperastis. ¶ De Gratis. capitulum secundum.



Ratas vero animi significationes et ingrata facta / libuit oculis subicere: vt vitio ac virtuti iusta merces estimationis ipsa comparacõe accederet. sed quoniam cõtrario proposito sese distinxerũt: nostro quoq; stilo separentur. prioremq; locum obtineant qui laudem: q̃ qui reprehensionem merentur.

Tq; a publicis actis ordiar: Martiũ patrie interitũ conãtem: admotoq; portis vrbis ingenti Volscorum exercitu funus ac tenebras Romano imperio minantem: Veturia mater et Volumnia vxor / nefarium opus exequi precibus suis passe non sunt. in quarum honore senatus matronarum ordinem benignissimis decretis adornauit. Sanxit nanq; vt feminis semita viri cederent: confessus plus salutis rei publice in stola q̃ in armis fuisse. vetustisq; aurium insignibus: nouum vite discrimẽ adiecit. Permisit quoq; his purpurea veste et aureis vti segmentis. super hec edem et aram fortune muliebris eo loco quo Coriolanus exoratus fuerat: faciẽdum curauit: memorem beneficii animum suum exquisito

religionis cultu testando: quam secundi etiam punici belli tēpore exhibuit. Cum enim a fuluio Capua obsideretur: ac due Campane mulieres beniuolentiam erga romanos dimittere ex animis noluissēt: Vesticia opida materfamilias et Eluuia facula meretrix: quarum altera quotidie pro salute exercitus nostri sacrificauit: altera captis militibus Romanorū alimenta ministrare non destitit: vrbe illa oppressa: senatus his et libertatē et bona restituit. et si quid āplius premii petissent: libenter se daturum asseuerauit. Vacasse tanto gaudio patribus conscriptis duabus humilimis feminis referre gratiam: nedum tam pre se tulisse mirandum.

Quid illa quoque iuuentute Romana gratius? que Semitio et Numitio consulibus: vltro nomina sua militari sacramento obtulit: vt tusculanis quorum fines equi occupauerant: presidium ferrent: quia paucis ante mensibus constātissime et fortissiē īperiū p. r. defenderāt. Ergo (quod auditu nouum est) ne patrie grata voluntas cessasse videretur: exercitus seipsum conscripsit.

Magnum grati populi specimen in. Q. fabio maximo enituit. Nam cum quinque consulatibus salutariter. r. p. administratis decessisset: certatī es cōtulit: quo maior ac speciosior funeris eius pompa duceretur. Eleuet aliquis premia virtutis: cum animaduertat fortes viros felicius sepeliri: quam viuere ignauos.

Fabio autem etiã incolumi summa cum gloria gratia re lata est. Dictatori ei magister equitum Mumitius scito ple= bis (quod nunq̃ antea factum fuerat) equatus / partito exer citu separatim in Samnio cum Hannibale conflixerat. vbi temere inito certamine / pestiferum habiturus exitum sub sidio Fabii conseruatus / et ipse eum patrem appellauit. et ab legionibus suis patronum salutari voluit. Ac deposito equalis imperii iugo / magisterium equitum (sicut par erat) dictature subiecit. imprudentisq; vulgi errorem / grate men tis significatione correxit.

Tam hercule probabiliter q̃ Q. terẽtius culleo / pretoria familia natus / et inter paucos Senatorii ordinis splẽdidus / optimo exemplo africani superioris currum triumphantis (quia captus a cartaginẽsibus ab eo fuerat recuperatus) pi= leum capite gerens secutus est. auctori enim libertatis sue tanq̃ patrono accepti beneficii confessionem / spectante p.r. merito reddidit.

T Flaminii de philippo rege triumphantis currum non vnus sed duo milia ciuium romanorũ pilleata comitata sũt / que his punicis bellis intercepta / et in gretia seruientia / cu ra sua collecta in pristinum gradum restituerat. geminatũ ea re decus imperatori a quo simul et deuicti hostes et con= seruati ciues spectaculum patrie prebuerunt. Illorũ quoq; salus dupliciter omnibus accepta fuit / et quia tam multi / et

quia tā grati exoptatum libertatis statum recuperauerūt.
M Etellus vero pius pertinaci erga exulem patrem amore tam clarum lacrimis q̄ aliis victoriis cognomen assecutus/ nō dubitauit consul pro Quinto Calidio pretore candidato supplicare populo/ quod tri.ple.legem qua pater eius in ciuitatem restitueretur/tulerat.quinetiam patronum eum domus et familie sue semper dictitauit.nec hac re de prīcipatu quem proculdubio obtinebat/quicq̄ decerpsit. quia non hūmili/sed grato animo longe inferioris hominis maxīo merito eximiam submittebat dignitatem.

Am quidem marii nō solum precipuus sed etiam prepotens grate mentis fuit impetus.duas enim Cameritium cohortes mira virtute vim Cimbrorū sustinentes/in ipsa acie aduersus conditionem federis ciuitate donauit.Quod quidē factum et vere et egregie excusauit/ dicendo/inter armorū strepitum verba se iuris ciuilis exaudire non potuisse. et sane id tempus tunc erat/quo magis defēdere q̄ audire leges oportebat.

C. Marii vestigia/ vbiq3 L.sylla certamīe laudis subsequitur. dictator enī priuato pōpeio/et caput adaperuit et sella assurrexit.et equo descendit/eaq3 se libenter facere in concione predicauit/memor ab eo duo de vigīti annis nato/partes suas exercitu paterno adiutas.multa insignia pompeio.sed nescio an hoc quicquā admirabilius cōtigerit/quod(magni=

tudine beneficii)sui obliuisci Syllam coegit.

SIt aliquis in summo splendore etiam sordibus gratis locus M.cornuto pretore funus hirci et Pāse(iussu senatus) locante/qui tunc libitinam exercebant/ tum rerum suarum vsum/tum ministerium suum gratuitum polliciti sunt. qꝫ hi pro.r.p.dimicantes occiderant. perseuerantiqꝫ postulatione excuderunt/ vt exequiarum apparatus sextertio nūmo (ipsis prebentibus)adiceretur. Quorum laudem adiecta lege/conditio auget magis/q̄ extenuat. quoniamquidem questum contempserūt/nulli alii rei q̄ questui viuentes.

Ace cinerum suorum reges gentium exterarum secūdū hunc tam contemptū gregem referri se patientur/ qui aut non attingendus aut non nisi in vltima parte domesticorū exemplorum collaudandus fuit. Sed dum honesti etiam ab infimis estis editi/memoria non intercedat.separatum locū obtineant/vt nec his adiecti/nec illis prelati videantur.

DArius priuate adhuc fortūne amiculo Sylofontis Samnii delectatus/curiosa contemplatione fecit/ vt vltro sibi et quidem a cupido daretur. Cuius mumeris q̄ grata estimatio animo eius esset adlapsa regno potitus ostendit. Totam nanqꝫ vrbem et insulam Samniorum Sylofonti fruendā tradidit. Non enim precium rei estimatum/ sed occasio liberalitatis honorata est. magisqꝫ a quo donū proficisceretur/ q̄ ad quem perueniret prouisum.

MItridates quoq rex magnifice gratus apparuit. quoniã pro leonico acerrimo salutis sue defẽsore/a Rhodiis naualı pugna excepto/omnes hostium captiuos permutauit. satius esse existimans ab ĩuississimis circumiri/ q̃ benemerito gratiam non referre.

Liberalis. p. r. magnitudine muneris quod Attalo regi asiam dono dedit. Sed attalus etiam testamenti equitate gratus. qui eandem asiam. p. r. legauit. Itaq nec huius munificentia/nec illius tã mẽor beneficii animus/tot verbis laudari potest/quot ãplissime ciuitati vel amicicie date/vel pietati reddite sunt.

CEterum nescio an precipue Mamisse regis pectus grati animi pignoribus fuerit refertum. beneficio enim Scipionis et persuasu regni modo liberius auctus/memoriam incliti muneris ad vltimum vite finem longa etiam a diis immortalibus senectute donatus/constantissima fide perduxit Adeo/vt eum non solum africa sed etiam cuncte gentes scirent amiciorem Cornelie familie atq urbi Romane/ q̃ sibimet si superesset.

ILle cum graui Cartaginensiũ bello premeretur/ac vix tutele ĩperii sui sufficeret/ tamen scipioni emiliano(quia nepos africano erat)bonam magnamq partem Numidici exercitus q̃ Lucullo consuli a quo ad auxilia petenda missus fuerat/in hispaniam duceret/ promptissima mente tradidit.

presentiq; periculo! respectum pristini beneficii ante posuit

ILle cū iam etate deficiente magnas regni opes quatuor et quīquaginta filiorum numero relinquēs in lectulo laberetur! M. manliū qui proconsul africam obtinebat / litteris obsecrauit! vt ad se sciopionē emilianū sub eo tunc militātē mitteret. feliciorem mortē suam futuram ratus ! si in cōplexu dextere eius supremū spiritū ac mandata posuisset.

ILle aduentum Scipionis fatis suis precurrentibus / hec vxori liberisq; preceperat! vnū in terris. p. r. et vnā in. p. r Scipionis domum nosse! integra omnia Emiliano reseruare. eum diuidendi regni arbitrum haberēt. Quod is statuisset! perinde vt testamento tantū imutabile ac sanctū obtinerēt! tot tamq; variis rebus se masmissa infatigabili pietatis serie ad centesimum extendit annum.

HIs et horum similibus exēplis beneficentia generis humani nutritur atq; augetur. he sunt eius faces. hi stimuli. propter quos iuuandi et emerendi cupiditate flagrat et sane amplissime et speciosissime diuitie sunt ! feliciter erogatis beneficiis! late posse censeri. quorum quoniam religiosum cultum instituimus! nunc neglectum sugillandi gratia quo sit gratior referemus.

De ingratis capitulum tertiū.

URbis nostre parentem senatus in amplissīo dignitatis gradu ab eo collocatus! in curia lacerauit. nec duxit nefas ei vitā adimere ! qui

eternum romano imperio spiritū ingenerauerat. Rude nimirū illud et ferox seculum. quod conditoris sui cruore fede maculatum! ne summa quidem posteritatis dissimulare pietas potest. hunc ingratum lapse mentis errorem. consentanea ciuitatis nostre penitentia sequitur.

Virium Romanorum et incrementum letissimum et tutela certissia Furius camillus! ī vrbe columitatem suā tueri non valuit! cuius ipse salutē stabilierat. felicitatē auxerat. a L. cnī apuleio tr. ple. tāq͂ peculator Veiētane prede reus factus! duris atq͂ vt ita dicam ferreis sentēciis in exiliū missus est. Equidem eo tēpore quo optimo iuuene filio spoliatus! solaciis magis alleuādus! q͂ cladibus honorādus erat. sed īmemor patria tanti viri maxiorū meritorū! exequiis filii dāpnationē patris iūxit. at inquit erario abesse tr. pl. querebatur quindecim milia eris tanti nāq͂ pena finita est. Indignā sūmā. propter quā p. ro. tali principe careret. Priore adhuc querela vibrante! alia deinceps exurgit.

Africanus superior non solum cōtusā et cōfractā belli punici armis. r. p. sed pene iam exāguē atq͂ morientem Cartaginis dominā reddidit. Cuius clarissia opera iniuriis pensādo! ciuitatis ignobilis eū ac deserte paludis accolā fecerūt. Eiusq͂ volūtarii. exilii acerbitatē non tacitus ad īferos tulit! sepulchro suo inscribi iubendo ingrata patria ne ossa quidē meahabes. Quid ista aut necessitate īdignius! aut querela

iustius: aut vltione moderatius: cineres ei suos negauit: q̄ in cinerē collabi passus nō fuerat? Igitur hāc vnā scipionis vindictā ingrati animi vrbs romana sensit. maiorē mehercu le coriolani violentiā. ille enim patriā metu pulsauit: hic ve recundia. de qua re nec queri quidem tanta vere pietatis cō stantia nisi post fata sustinuit.

Alia passo credo que fratri eius accidere solatio esse po= tuerūt. cui rex antiochus deuictus: et asia imperio. p. r. ad= iecta: speciosissimusq̄ triūphus vt peculatus reus fieret et in carcerem duci iuberetur: causam prebuit.

Nichilo virtute posterior Africanus aut minor. sed ne exi tu quidem infelitior. duabus enim vrbibus Numantia atq̄ cartagine imperio romano imminētibus ex rerū natura de pulsis: raptorē spūs domi iuenit mortis punitorem in foro non reperit.

Quis ignorat tantum laudis Scipionem nasicā toga quā tum armis vtrūq̄ Africanum meruisse? Qui pestifera Ti berii Gracchi. manu faucibus oppressam. r. p. strangulari passus non est. Sed is quoq̄ propter iniquissimā virtutum suarū apud ciues estimationem sub titulo legationis Perga mū secessit. et quod vite superfuit: ibi sine vllo ingrate pa= trie desiderio peregit.

IN eodē noīe versor. necdū Cornelie gentis querelas ex= hausi. P. nāq̄ lētulus clarissimus et amātissimus. r. p. ciuis

cũ in Auẽtinũ Ca. Gracchi nefarios conatus et aciẽ pia ac forti pugna magnis vulneribus exceptis fugasset/prelii illius quo leges pacem libertatẽq; in suo statu retinuerat/hãc mercedem tulit/ne in vrbe quidem nostra moreretur. Siquidem inuidia et obtrectatione compulsus/legatione a senatu libera impetrata/habitaq; contione/qua a dis immortalibus peciit ne vnq̃ ad ingratum populum reuerteretur/ĩ Siciliam profectus est. ibiq; perseueranter morando compotem se voti fecit.

Vnq; igitur demũ Cornelii. totidẽ sunt notissima ĩgrate patrie exempla. atq; horum quidem secessus voluntarii.

Ala vero cum magistrum equitum Spurium meliũ regnum affectãtem occidisset/custodite libertatis ciuium exilio suo penas pependit.

Ceterum vt senatus populiq; mens in modum subite tempestatis concitata leui querela prosequenda est/ita singulorum ingrata facta liberiore indignatione proscindenda sũt. quia potentis consilii cum vtrumq; ratione perpendere liceret/scelus pietati pretulerunt.

Vo enĩ nibo/qua procella verborũ/impiũ Sextilii caput obrui meretur/quod Ca. cesarẽ a quo tũ fastidiose/tũ etiã feliciter grauissimi criminis reus defensus fuerat/Cinnane proscriptionis tempore profugum/presidium suũ in fũdo Tarquiniẽsi/cladis conditione ĩplorare/beneficii iure repe

tere coactū! a sacris perfide mense. et altaribus nefandorū penatium auulsum! truculento victori iugulandum tradere non exhorruit? finge accusatorem eius fortuna publica in suppliciis nomen conuersum! tam luctuosam illam opem genibus adnixum orasse. Crudeliter tamen repulsus videretur. Quinetiam quos iniurie inuisos faciunt. gratiosos miserie reddunt. Verum Sextilius non accusatorē! sed patronum seuissime inimici violentie suis manibus obiecit. Si metu mortis! vita indignus. ¶ Si premii spe! dignissimus morte.

Ed vt ad alium consentaneum huic ingrati animi actum transgrediar! M. cicero. Ca. popiliū leuatem Picene regionis! rogatu. M. celii! non minore cura q̄ eloquentia defendit. eunq̄ causa admodum dubia fluctuantem! saluum ad penates suos remisit. Hic Popilius postea nec re nec verbo a Cicerone lesus! vltro. M. antonium rogauit! vt ad illū proscriptum persequendum et iugulandum mitteretur. Impetratisq̄ detestabilis ministerii partibus! gaudio exultans! caiectam cucurrit. et virum (omitto quod amplissime dignitatis) certe salubritatis studio prestantis officii! priuatim sibi venerandum! iugulum prebere iussit. ac protinus caput Romane eloquentie! et pacis clarissimā dexterā! per sūmum et securum ocium amputauit. Eaq̄ sarcina tāq̄ opimis spoliis alacer. in vrbem reuersus est. Neq̄ enim portanti onus sce

lestum succurrit ! illud se caput ferre quod pro capite eius quondam perorauerat. Inualide ad hoc monstrum sugillādum littere. Quoniam qui talem Ciceronis casum satis digne deplorare possit ! alius Cicero non extat.

Vo te nunc modo magne Pompei attingam nescio. Nā et amplitudinem fortune tue que quondam omnes terras et omnia maria fulgore suo occupauerat ! intueor. et ruinā eius maiorem esse ! q̄ vt manu mea attemptari debeat ! memini. sed tamen nobis quoq̧ tacentibus ! Cnei Carbonis a quo admodū adolescens de paternis bonis in foro dimicans protectus es ! iussu tuo interempti mors animis hominum non sine aliqua reprehensione obseruabitur. quia tā ĩgrato facto / plus L. sylle viribus ! q̄ proprie indulsisti verecūdie.

Et ne nostra confessis alienigene vrbes insultent. Cartaginenses Hannibalem qui pro illorū ĩcolumitate et victoria tot ĩperatores. totq̧ exercitus nostros trucidauerat ! quot gregarios milites hostiū si occidisset ! magne glorie foret ! e cōspectu suo sūmoueri in Auinium duxerunt.

Eminem Ligurgo aut maiorem aut vtiliorem virū Lacedemonia genuit. vtpote cui Appollo Phithius oraculum petenti / respondisse fertur ! nescire se vtrum illum hominū an deorum numero aggregaret. Huic tamen neq̧ vite sūme siceritas ! neq̧ constantissimus erga patriam amor ! neq̧ leges salutariter excogitate ! auxilio eē potuerūt ! quominus

infestos ciues experiretur. sepe enim lapidibus petitus / ali quando furore eiectus publico / etiam oculo priuatus / ad vl timum ipsa patria pulsus est. Quid alie facient vrbes / vbi etiam illa que cōstātie et moderationis et grauitatis eximiā sibi laudem vendicat / tam ingrata aduersus tam benemeritū extitit?

Etrahe atheniēsibus Thesea. nulle aut nō tam clare athe ne erunt / Siquidem ille Leucatim dispersos ciues suos in suam vnam vrbem contraxit. Separatiq; et agresti more vi uenti populo / amplissime ciuitatis formam atq; imaginem imposuit. Idem seua potētissimi regis Minois imperia vix dum etate pubescente repulit. Idem effrenatam Theba rum insolentiam domuit. Idem opem liberis Herculis tulit. et quicquid vbiq; monstri aut sceleris fuit / virtute ani mi ac robore dextere sue cōminuit. Huius tamē sūmoti ab atheniēsibus / Tiros insula minor exulis ossa mortui cepit.

IAm Solō qui tam preclara tamq; vtiles Atheniensibus leges tulit / vt si his perpetuo vti voluissent / sempiternum habituri fuissent imperium / qui Salaminam veluti hosti lem arcem ex propinquo saluti eorum imminentem recu perauit / qui Pisistrati tyrannidem primus vidit orientem / solus armis opprimi debere palam dictitare ausus est / senec tutem Cipri profugus exegit. neq; ei in patria de qua optie meruerat / humari contigit.

B Ene egissent Athenienses cum Miliciade. si eū post tri=
centa milia Persarum Marathone deuicta in exilium proti
nus misissent. ac non in carcere et vinculis mori coegissēt.
Sed vt puto hactenus seuire aduersus optime meritū abun
de duxerunt. immo ne corpus quidem eius sic expirare coac
ti / sepulture prius mandari passi sunt. quam Cimon filius
eius. eisdem se vinculis constringendum traderet. hanc he=
reditatem paternā maximi ducis filius / et futurus ipse eta=
tis sue dux maximus / solam secreuisse cathenas et carcerem
gloriari potuit.

Ristides etiā quo totius gretie iusticia cēsetur / continen
tie quoq; eximiū specimē patria iussus excedere ē. felices a=
thenas que post illius exiliū īuenire aliquē aut virū bonū /
aut amantē sui ciuē potuerūt. cū quo tūc ipsa sanctitas mi=
grauit.

Themistodes eorū qui ingratā patriā experti=
sūt celeberrimū exemplū / cum illā incolumē / clarā / opulē
tam / principem grecie reddidisset / eousq; sensit inimicā / vt
ad xersis quen paulo ante destruxerat / non debitam sibi mi
sericordiam profugere. necesse haberet.

Hocion vero his dotibus que ad pariendum hominem
potentissime iudicantur clementia et liberalitate instructis=
simus / non tantum in eculeo ab Atheniensibus impositus
est. Sed certe post obitum nullā attice regionis que ossibus
eius iniceretur / glebulā inuenit. iussus extra fines proici /

intra quos optimus ciuis vixerat.

QVid abest igitur quin publica dementia sit existimanda! summo consensu maximas virtutes quasi grauissima delicta punire! beneficiaqz iniuriis rependere? Quod cum vbiqz precipue tamen Athenis intollerabile videri debet. in qua vrbe aduersus ingratos actio constituta est. et recte quia dandi et accipiendi beneficii commertium/sine quo vix vita hominum cōstat expers tollit. quisqz benemerito parem referre gratiam negligit. Quantam ergo reprehensionem merētur! qui cum equissima iura sed iniquissia ingenia haberēt! moribus suis q̄ legibus vti maluerunt? Quod si qua prouidentia deorum effici posset! vt excellentissimi viri quorū modo casus retuli! legem īgratorum vindicem retinentes! patriam suam in ius ad aliam ciuitatem pertraherent! nonne ingeīosium et garrulum populum mutum atqz elinguē hac postulatione reddidissent?

Iscordes foci tui. pacisqz diuidua tuguria. Grecie facta sunt columen. lucet Marathon Persicis tropheis. Salamina et Artemisia xersis naufragia numerantur. preualidis manibus exhausta menia pulchrioribus operibus cōsurgūt Harum rerum auctores vbi vixerint! vbi iacent! responde? Nempe Thesea paruulo in scopulo sepeliri. Et Miliciadem in carcere mori. Et Cimona paternas inducre cathenas. Et Themistoclea victorem! victi hostis genua complecti.

Solonemq; cum Aristide et Photione penates suos ingra ta fugere coegisti.

CVm interim cineribus vestris fede ac miserabiliter dispersis! edipodis ossa cede patris! nupciis matris cōtamīata! inter ipsum ariopagum diuini atq; humani certaminis venerabile domicilium ! et excelsis presidiis Minerue arcem! honore are decorata q̄ sacrosancta colis! adeo tibi aliena malis tuis bonis gratiora sunt. Lege itaq; legem que te iureiurando obstrictam tenet. Et quia benemeritis debita reddere premia noluisti! lesus iusta piacula exsolue. tacent mute illorum vmbre fati necessitate constricte . at immemores beneficiorum athene! reprehensione ligua sermone licenti soluta non tacet. Sed obmittamus ingratos et potius de piis loquamur. aliquanto enim sacius est fauorabili! quam inuise rei vacare. Venite igitur in manus nostras prospera parentum vota. felicibus auspiciis propagate soboles. que effictis. vt et genuisse iuuet! et generare libeat.

De pietate erga parentes Capitulum quartum.

COriolanus maximi vir animi et altissimi cōsilii optīeq; de re publica meritus! iniquissīe dānationis ruina postratus ! ad Volscos tūc infestos Romanis cōfugit. Magno vbiq; precio virtus estimatur. Itaq; quo latebras quesitum venerat ! ibi breuissimum est adeptus imperium. Eueni tq; vt quem pro se

ſalutarem imperatorem ciues habere noluerant/ pene peſti
ferum aduerſus ſe ducem experirētur . frequenter enim fu
ſis exercitibus noſtris/ victoriarum ſuarum gradibus . adi
tum iuxta menia vrbis Volſco militi ſtruxit . Quapropter
faſtidioſus ille in eſtimādis bonis ſuis populus/ qui reo nō
pepercerat/ exuli coactns eſt ſupplicare. Miſſi ad eū depre=
candum legati/ nichil profecerunt . Miſſi deinde ſacerdotes
cum infulis/ eque ſine effectu redierunt. ſtupebat ſenatus.
trepidabat populus. viri pariter ac mulieres exicium immi
nens lamentabantur . Tunc Veturia Coriolani mater Vo
lumniam vxorem eius et liberos ſecum trahens / caſtra vol
ſcorum petiit. Quam vbi filius aſpexit/ expugnaſti inquit
et viciſti iram meam patria. precibus huius admotis. cuius
vtero te quāuis merito michi inuiſam dono. cōtinuoq; agrū
Romanum hoſtilibus armis liberauit. Ergo pectus dolore
accepte iniurie/ ſpe potiende victorie/ verecundia detractan
di miniſterii/ metu mortis refertum / totum ſibi pietas va
cuefecit. Vniuſq; parentis aſpectus/ bellum Atrox ſalutari
pace mutauit.

EAdem pietas viribus ſuis inflammatum Africanum ſu
periorem/ vix dum annos puerilitatis ingreſſum/ ad opem
patri in acie ferendam virili robore armauit . Conſulem
enim eum apud Ticinum flumen aduerſis auſpiciis cū Ha
nibale pugnantem/ grauiter ſautiū / ītercesſu ſuo ſeruauit.

Neq; illum aut etatis infirmitas / aut milicie tirocinium / aut infelicis prelii etiam veterano bellatori pertimescendus exitus / interpellare valuit / quominus duplici gloria conspicuus / coronam imperii simul et nomen / patre ex ipsa morte rapto mereretur.

Vribus ista tam preclara exempla Romana ciuitas accepit. illa vidit occulis. L. manlio torquato diem ad populū Pomponius tribunus plebis dixerat. quod occasione benefaciendi belli īductus / legittimū obtinendi īperii tēpus excessisset. quodq; filium optime indolis iuuenem / rustico opere grauatum / publicis vsibus subtraheret. Id postquā Manlius adolescens cognouit / protinus vrbem peciit. et se in Pōponii domum prima luce direxit. qui existimans in hoc eū venisse vt patris crimīa a quo plus iusto aspere tractabatur deferret / excedere omnes iussit cubiculo / quo licentius remotis arbitris iuditium perageret. Nactus occasionē oportunam proposito suo iuuenis / gladium quem tectum attulerat distrinxit. tribunumq; minis ac terrore compulsum / iurare coegit / a patris eius accusatione recessurum. Eoq; effectum est / ne Torquatus causam diceret. Commendabilis ē pietas que mansuetis parentibus prestatur. Sed manlius quo horridiorem patrem habuit / hoc periculo eius laudabilius subuenit / qui ad eum diligendum preter naturalem amorem / nullo indulgentie blandimento inuitatus fuerat.

HAnc pietatem emulatus Marcus cotta / eo ipſo die quo togam virilem ſumpſit / protinus vt e capitolio deſcendit / Cn. Carbonem a quo pater eius damnatus fuerat poſtulauit. Pertractumq; reum iudicio afflixit / et adoleſcentiam et ingenium preclaro opere auſpicatus.

Pud Ca. quoq; Flaminium auctoritas patria eque potẽs fuit. Nam cum tribunus plebis legẽ de Gallico agro viritĩ diuidendo inuito et repugnante ſenatu promulgaſſet / preci bus miniſq; eius accerrime reſiſtens / et ne exercitu quidem aduerſum ſe conſcripto ſi in eadem ſententia perſeueraret abſterritus / proſtquã pro roſtris ei legem iam referenti pa ter manum iniecit / priuato fractus imperio deſcendit e roſtris. Ne minimo quidem murmure / deſtitute contionis reprehenſus.

MAgna ſunt hec virilis pietatis opera. ſed neſcio an his omnibus valentius et animoſius Claudie veſtalis virginis factum. Que cum patrem ſuum triumphantem e curru violenta tribuni manu trahi animaduertiſſet / mira celeritate vtriq; ſe interponendo / ampliſſimam poteſtatem inimiciciiſ accenſam depulit. Igitur alterum triumphum pater in capitolium / alterum filia in edem veſte duxit. nec diſcerni potuit / vtri plus laudis tribueretur cui victoria / an cui pietas comes aderat.

Gnoſcite vetuſtiſſimi ſoci veniãq; eterni date ignes / ſi a

vestro sacratissimo templo. ad necessarium magis quam ad speciosum urbis locum contextus operis nostri progressus fuerit. Nulla enim acerbitate fortune / nullis sordibus precium care pietatis euilescit. quinetiam eo cercius / quo miserius experimentum habet.

Anguinis ingenui mulierem pretor apud tribunal suū capitali crimine dampnatam / triumuiro in carcerem necandam tradidit. Quo receptam is qui custodie preerat misericordia motus / non protinus strangulauit. Aditum quoq; ad eam filie (sed diligenter excusse ne quid cibi inferret) dedit. existimans futurum in media consumeretur. Cum autem plures iam dies intercederent / secum ipse querens quidnam esset quod tam diu sustentaretur / curiosius obseruata filia / animaduertit illam exerto vbere famē matris. lactis sui subsidio lenientem. Que tam admirabilis spectaculi nouitas ab ipso ad triumuirum / a triumuiro ad pretorem / a pretore ad consilium iudicū perlata / remissionem pene mulieri impetrauit. Quo non penetrat / aut quid non excogitat pietas. que in carcere seruande genitricis nouam rationem inuenit? Quid enim tam inusitatum / quid tam inauditum quā matrem vberibus nate alitam? putarit aliquis hoc contra rerum naturam factum / nisi diligere parentes / prima nature lex esset.

IDem predicatū de pietate Pero existimetur. que patrē

ſuum Cimona conſimili fortuna affectum / pariq; cuſtodie traditum / iam vltime ſenectutis velut infantem pectori ſuo admotum aluit. Herent ac ſtupent hominum oculi / cum huius facti pictam imaginem vident. caſuſq; antiqui conditionem preſentis ſpectaculi admiratione renouant in illis mutis menbrorum liniamentis viua ac ſpirantia corpora intueri credentes. quod neceſſe eſt animo quoq; euenire aliquãto efficatiore pictura litterarũ vetera pro recẽtibus admonitos recordari.

NEc te quidem Cimo ſilentio inuoluam / qui patri tuo ſepulturam voluntariis vinculis emere non dubitaſti. Nam etſi maximum tibi poſtea et ciui et duci euadere contigit / plus aliquanto laudis in carcere ꝙ in curia aſſecutus es. Cetere enim virtutes admirationis tantummodo multũ / pietas vero etiam amoris plurimum meretur.

Os quoq; fratres memoria complectar / quorum animuſ origine fuit nobilior. ſiquidem admodum humiles in Hiſpania nati / pro parentum alimentis ſpiritum erogando / ſpecioſo exitu vite inclaruiſtis. duodecim enim milia nummũ que poſt mortem veſtram his darentur a filiis Pacinetis / pacti eſtis. vtq; eorum patris interfectorem Epaſtum gentis ſue tyrannum occideretis. nec auſi ſolũ inſigne facinus eſtis / ſed etiam ſtrenuo ac forti exitu claruiſtis. hiſdẽ enim manibus Pacinetis vltionem / Epaſti penam / genitoribus

nutrimenta. vobis gloriosa fata peperistis. ¶ Itaq; tumulis etiam nunc viuitis: quia parentum senectutem tueri: quam vestram expectare sacius esse duxistis.

NOtiora sūt fratrum paria: Cleobis et Biton āphinonius et Anaphas: illi quod ad sacra Iunonis peragenda matrem vexerint: hii quod patrem et matrem humeris per medios ignes portarint: sed neutris pro spiritu parentum expirare propositum fuit. Nec ego Argiuam detrecto laudem: aut nec Ethnei montis gloriam minuo. Verum obscuriori pro pter ignorantiam pietati: noticie lumen admoneo.

Icut Scithis libenter pietatis testimonium reddo. Dario enim totis regni sui viribus in eorum regionibus subinde impetum facienti: paulatim cedētes: ad vltimas iam Asie so litudines peruenerant. Interrogati deinde ab eo per legatos quem finem fugiendi: aut quod inicium pugnandi facturi essent? responderūt se nec vrbes vllas nec agros cultos pro quibus dimicarent habere. Ceterum cum ad parentum suo rum monumenta venissent: sciturum quēadmodum Scithe preliari solerent. Quo quidem vno tā pio dictu: immanis et Barbara gens ab omni se feritatis discrimine redemit.

PRima igitur et optima rerum natura: pietatis est magi stra. que nullo vocis ministerio: nullo vsu litterarum indi gens: propriis ac tacitis viribus caritatem parentum libero rum pectoribus infundit. Quid ergo doctrina proficit? vt

politiora ſcilicet/non vt meliora fiant ingenia. quoniamqui dē ſolida virtus naſcitur magis/ ꝙ fingitur. Quis enim pa luſtres vagos/et ſiluarum latebris corpora ſua tegentes/in modumqꝫ ferarum laniatu pecudum viuentes/ſic Dario reſ pondere docuit? illa nimirum que etiam creſi filium loquē di vſu defectum/ad protegendam patris īcolumitatem(mi- niſterio vocis)inſtruxit.

Aptis enim(a Cirro) Sardibus cū vnus(e numero per- ſarum ignarus viri)in cedem eius(concitato impetu) ferre- tur/velut oblitus quid ſibi fortuna naſcenti denegaſſet / ne Creſum regem occideret proclamando pene iam impreſſū iugulo mucronem reuocauit. ita qui ad id tempus mutus ſi bi vixerat/ ſaluti parentis vocalis factus eſt.

Adem caritas(italico bello) Pinnenſem iuuenē cui Pul- toni erat cognomen/ tāto animi corporiſqꝫ robore armauit/ vt cum obſeſſe vrbis ſue clauſtris preſideret/ et Romanus imperator patrem eius captiuum in conſpectu ipſius conſti tutum diſtrictis militum gladiis circundediſſet/ occiſurum ſe minitans niſi irruptioni ſue iter prebuiſſet/ ſolus e mani bus eorum ſenem rapuerit.

Vplici pietate memorādus/quod et patris ſeruator/ nec patrie fuit proditor.

De pietate erga fratres. Ca. v.

Anc caritatē proximus fraterne beniuoleutie gra- dus excipit. Nam vt merito primum amoris vin-

culum ducitur/plurima et maxima beneficia accepisse . ita proximum iudicari debet simul accepisse . Quã copiose enĩ suauitatis illa recordatio est? In eodem domicilio (antequã nascerer) habitaui. in eisdem incunabulis infantie tempora peregi. eosdem appellaui parentes. Eadem pro me vota excubuerunt. parem ex maiorum imaginibus gloriam traxi. Cara est vxor. dulces liberi. iocũdi amici. accepti affines. sed postea cognitis/ nulla beniuolentia accedere debet que priorem exhauriat.

ATq; hoc teste Scipione africano loquor. qui tametsi artissima familiaritate Lelio iunctus erat/attamen senatum supplex orauit/ ne prouĩcie sors fratri suo erepta ad eũ trãsferretur/Legatũq; se Lutio Scipioni in Asiam iturum promisit/et maior natu/minori. et fortissimus et belli gloria excellens/ laudis inopi. et quod super omnia est nõdum asiatico/ iam africanus. Itaq; clarissimorum cognominum alterum sumpsit/ alterum dedit. triumphiq; pretextam huius cepit/ illius tradidit. Ministerio fratris aliquanto maior/q̃ frater imperio.

. vero Fabius consul (inclita pugna) et amicis et Veientibus superatis/delatũ sibi (summo senatus populiq; studio) triumphum ducere non sustinuit . quia eo prelio Quintus fabius frater eius consularis fortissime dimicans occiderat. quantam in eo pectore pietatem fraterne caritatis habitasse

existimemus: propter quā amplissimi honoris fulgor extin gui potuit?

HOc exēplo vetustas : illo seculū nostrū ornatum est : cui contigit fraternum iugū Claudie prius: nūc etiā Iulie gentis intueri decus . Tātū enim amorē princeps parēsq; noster insitum aīo fratris Drusi habuit: vt cū Ticini quo victor hostium ad complectendos parentes venerat : graui illū et periculosa valitudie ī germania fluctuare cognoscet : protinus idem metu attonitus erūperet . iter quoq; quā rapidū et preceps. velut vno spiritu corripuerit : eo patet quod Alpes Rhenūq; trāsgressus: die ac noctu(mutato subīde equo) ducēta milia passuū per modo deuictā Barbariā(Antabagio duce solo comite cōtentus) euasit . sed eū tū maxīo labore et periculo īplicatum : mortaliūq; frequētia defectum: sanctissimum pietatis numen: et dii fautores eximiarum virtutū: et fidelissimus romani imperii custos iupiter comitatus est.

Rusus quāq; fato iam suo q̄ ullius officio proprior erat vigore spiritus et corporis viribus lapsus : eoipso tūc(quo vita et mors distinguitur) momēto legiones cum īsignibus suis fratri obuiam procedere iussit : vt imperator salutaretur. precepit etiā dexteram in partem pretorium ei statui . et consulare et imperatorium nomen obtinere voluit . Eo demq; tempore et fraterne maiestati cessit : et vita excessit.

HIs scio equidē nullū aliud q̄ castoris et pollucis specimē

cõsanguinee caritatis cõueniẽter adici posse. sed oĩs meõrie clarissimis ĩperatoribus profecto ingratũ non erit! si militis sũma erga fratrẽ suũ pietas huic parti volumĩs adheserit. Is nãq; ĩ castris Gn. põpei stipendia peragẽs! cũ Sexto rianũ militẽ acrius sibi in acie instantẽ cominus ĩteremisset iacẽtemq; spoliaret! vt fratrẽ germanũ esse cognouit! multũ ac diu cõuicio deos ob donũ ĩpie victorie insecutus! prope castra trãstulit. et preciosa veste opertũ! rogo ĩposuit. ac demũ subiecta face! protinus eodẽ gladio quo illũ ĩteremerat pectus suũ trãsuerberauit. seq; super corpus fratris prostratũ! cõmunibus flãmis cremãdũ tradidit. licebat ignorantie beneficio innocenti viuere sed vt sua potius pietate q̃ aliena venia vteretur! comes fraterne neci non defuit.

De pietate erga patriam Ca. vi.

Rtissimis sãguinis vĩculis pietas satisfecit. Restat nunc vt patrie caritas exhibeatur. cuius maiestati etiã illa que deorũ numinibus equatur auctoritas parentũ! vires suas subiecit. Fraterna quoq; caritas aĩo equo ac libenter cedit! sũma quidẽ cũ ratione. quia euersa domo! interdũ rei. p. status manere potest. vrbis ruina penates oĩum secũ trahat necesse et. Verum quid attinet verbis ista complecti! quorũ tãta vis ẽ! vt alii salutis sue impendio testati sint.

Rutus cõsul primus cũ Arõte Tarquinii superbi regno expulsi filio ĩ acie ita cõcurrit! vt pariter illatis hastis vterq;

mortifico vulnere ictus / exanimis prosterneretur . merito adiecerim. p. r. libertatem suam magno stetisse.

Vm autē ī media parte fori vasto ac repētino hiatu terra subsideret / respōsumq; esset / re illum tātūmodo cōpleri posse qua. p. ro . plurimū valeret / Curcius et animi et generis nobilissimus adolescēs / īterpretatus vrbē nostrā virtute armisq; precipue excellere / militaribus insignibus ornatus equū cōscēdit. cumq; vehemēter admotis calcaribus precipitē ī illud profundum egit. super quē vniuersi ciues honoris gratia certatim fruges iniecerūt. Continuoq; terra pristinū habitum recuperauit. magna postea decora in foro romano fulserunt. nullum tamen hodieq; pietate Curcii erga patriā. clarius obseruatur exemplum . cui principatum glorie obtinenti / consimile factum subnectam.

GEnicio scipio pretori paludato portā egrediēti noui et inauditi generis prodigium īcidit. Nāq; in capite eius subito veluti cornua erepserūt. responsumq; est regē eū fore / si in vrbē reuertisset. quod ne accederet / volūtariū ac perpetuum sibimet indixit exiliū. Dignā pietatē. que quod ad solidā gloriā attinet / septē regibus preferatur. Cuius rei testāde gratia / capitis effigies erea porte qua excesserat inclusa est. dictaq; Raudusculana. olī aūt Erarādera dicebatur.

Genicius laudis huius que aliorū excogitari vix potest / successionem tradit Elio pretori. cui ius dicenti / cū in capite

picus cõſedisſet / auruſpexq; affirmaſſet / conſeruato eo / fore ipſius domui ſtatum feliciſſimũ / r. p. miſerrimũ / occiſo / i cõtrarium vtrũq; ceſſurum / eueſtigio picũ morſu ſuo in cõſpectu ſenatus necauit. Decẽ et ſeptem milites familia eximie fortitudĩs viros Cannenſi prelio amiſit rei. p. procedẽte tempore ad ſũmum ĩperii faſtigium exceſſit. hec nimirũ exẽpla / ſilla et Marius et Cinna tanquã ſtulta arriſerunt.

P. decius qui conſulatum in familiam ſuam primus intulit / cũ latino bello romanã aciẽ indiſciplinatã pene iã et proſtratam videret / caput ſuũ pro ſalute rei p. deuouit. ac protinus concitato equo in mediũ hoſtiũ agmen patrie ſalutem ſibi mortem petens erupit. factaq; ingenti ſtrage plurimis telis obrutis / ſupercorruit. ex cuius vulneribus et ſãguine inſperata victoria emerſit.

Unicum talis ĩperator ſpecimen eſſet. niſi animo ſuo reſpondentẽ filiũ genuiſſet. Is nãq; in quarto conſulatu patriſ exemplum ſecutus / deuotione ſimili. eque ſtrenua pugna. conſentaneo exitu. labẽtes perditaſq; vires vrbis noſtre correxit. Itaq; dignoſci arduum eſt / vtrum romana ciuitas Decios vtilius habuerit / duces an amiſerit. quoniam vita eorũ ne vinceretur obſtitit / mors fecit vt vinceret.

NOn eſt extinctus pro. r. p. ſuperior ſcipio africanus. Sed admirabili virtute ne. r. p. extingueretur prouidit. Siquidẽ cum afflicta Cãnenſi clade vrbs noſtra nichil aliud q̃ preda

victoris esse hānibalis videretur! ideoq; reliquie prostrati ex ercitus.deserēde italie auctore. Q. metello consiliū agitarēt tribunus militū admodum iuuenis stricto gladio mortē vni cuiq; minitādo! iurare oēs nunq̄ se relicturos patriā coegit. pietatemq; non solum ipse plenissimā exibuit ! sed etiam ex pectoribus aliorum abeuntem reuocauit.

Hoc vt a singulis ad vniuersos transgrediar! quanto et q̄ equali amore patrie tota ciuitas flagrauit? Nā cum secūdo punico bello exhaustū erariū ne deorum quidem cultui suf ficeret! publicani vltro aditos censores hortati sunt! vt oīa sic locarent tāquā re.p.pecunia habūdaret. seq; prestaturos cuncta!nec vllum assem nisi bello cōfecto petituros polliciti sūt. domini quoq; eorū seruorū quos Sēpronius gracchus ob insignē pugnā Beneuenti manu miserat precia ab īpera= tore exigere supersederūt. In castris etiā nō eques īpendiū nō centurio stipendium dari sibi desiderauit. Viri ac femīe quicquid auri argenti ve hūerunt ! itē pueri īsignia īgenui= tatis!ad sustentandum tēporis difficultatē cōtulerunt. Ac ne beneficio senatus qui muneribus his fūctos tributi one- re liberauerat! quisq̄ vti voluit. sed insuper id oēs prōtissīs anīmis prestiterunt.Nō ignorabāt.n. captis Veiis cū decīa rum noīe quas camillus vouerat ! aurū Apollini delphico mitti oporteret! neq; emēdi eius facultas esset matronas or= namēta sua ī erarium retulisse. Similiterq; audierant mille

pondo auri quod Gallis pro obsidione capitolii promisso debebatur earū cultu expletū. Itaq; et proprio ingenio et exēplo vetustatis admoniti/ nulla sibi in re cessandum existimauerunt. Sunt et externa eiusdem propositi exempla. rex Atheniensium Codrus / cum ingenti hostium exercitu Attica regio debilitata ferro igni fastaretur/ diffidentia humani auxilii ad apollinis delphici oraculum cōfugit . perq; legatos sciscitatus est/ quonā modo tam graue illud bellum discuti posset? Respōdit deus ita finem ei fore / si ipse hostili manu occidisset. Quod quidē non solum totis Atheniensiū in castris sed etiam contrariis percrebuit. eoq; factū est /vt ediceretur nequis Codri corpus violaret. Id postq̄ cognouit/ depositis insignibus imperii/ familiarem cultum induit. ac pabulantium hostiū globo se obiecit . Vnūq; ex his falsce percussū in cedem suam cōpulit. Cuius interitu ne athene occiderent effectum est.

AB eodē fonte pietatis Trasibuli quoq; animus manauit. is cum atheniensium vrbē trigīta tyrānorū teterrīa dominatione liberare cuperet/ paruaq; manu maxīe rei molē aggrederetur/ et quidā e cōsciis ei dixisset/ quātas tandē tibi Athene per te libertatem consecute/ gratias debebunt? respōdit. dii faciāt vt quātas ipse illis debeo/ videar retulisse. Quo affectu/ inclitū destructe tyrānidis opus laude cumulauit.

Hemistodes autē quē virtus sua victorem iniuria patrie

imperatorem persarū fecerat/vt se ab ea oppugnanda absti
neret/ instituto sacrificō / exceptum patera thauri sanguinē
hausit. et ante ipsa arma quasi quedam pietatis quedā clara
victīa concidit. Quo quidē tā memorabili eius excessu. ne
Grecie altero themistode opus esset effectum est.
Sequitur eiusdem generis exemplum. Cum inter cartagi
nem et Cyrenas de margine agri pertinacissima contentio
esset ad vltimum placuit vtrinq; eodemq; tempore iuuenes
mitti/ et locum in quem hi conuenissent finē ambobus ha=
beri populis. Verum hoc pactum duo cartaginenses fra=
tres nomine Phileni perfidia precurrerunt. citra constitutā
horam maturato gressu/ī longius promotis terminis.
Quod cum intellexissēt Cirenēcium iuuenes/ diu de falacia
eorum questi/ postremo acerbitate conditionis iniuriam dis
cutere conati sunt. Dixerunt nanq; sic eum finem ratum
fore/si Phileni viuos ibi se obrui passi essent. sed consilio/
euentus non respondit. Illi enim nulla interposita mora/
corpora sua his terra operienda tradiderunt. Qui quoniam
patrie/q̄ vite sue longiores terminos esse maluerunt/ bene
iacent manibus et ossibus suis dilatato punico imperio. vbi
sunt superbe cartaginis alta menia? vbi maritima gloria in=
cliti portus? vbi cunctis littoribus terribilis classis? vbi tot
exercitus? vbi tantus equitatus? vbi imemnso africe spacio
non contenti spiritus? Omnia ista duobus Scipionibus for

tuna partita est. At Philenorum egregii facti memorã: ne patrie quidem interitus extinxit. Nichil est igitur excepta virtute: quod mortali animo ac manu immortale queri possit. Iuuenili ardore plena hec pietas.

ARistoteles vero supreme vite reliquias / senilibus ac rugosis membris in summo litterarum ocio vix custodiens: adeo valenter pro salute patrie incubuit: vt eam ab hostilibus armis solo equatam: in lectulo atheniensi iacens: equidem macedonum manibus quibus obiecta erat eriperet. ita tam vrbs strata atq; euersa alexandri: q̃ restituta aristotelis notum est opus. Patet ergo q̃ benigne quãq; profuse pietatis erga patriam omnium ordinum: omnis etatis homines extiterint: sanctissimisq; nature legibus: mirificorum etiam exemplorum clara mundo subscripsit vbertas.

De parentum amore et indulgentia in liberos. ca. vii.

HEt nunc vel a pii et placidi affectus parentũ erga liberos indulgentia. salubriq; aura prouecta: gratã suauitatis dotẽ secũ afferat. Fabius rutilianus quinq; consulatibus summa cum gloria peractis oĩbus et virtutibus et vite meritis stipendiis: legatus ire cum Fabio gurgite filio ad bellum difficile et periculosum conficiendum grauatus nõ est: pene ipso pre se dũtaxat aĩo sine corpore militaturus. vtpote propter vltimã senectutẽ

lectuli ocio/quam labori preliorum abilior. idem triūphātis equo insidens sequi quem ipse paruulum triūphis suis ge=staucrat in maxima voluptate posuit nec accersor glorie il=lius pompe/ sed auctor spectatus est.

NOn tam speciosa Ceseti equitis romani sors patria/ sed par indulgentia. qui ab cesare omnium iam et externorum et domesticorum hostium victore cum abdicare filium suū iuberetur/ quod is tr. pl. cum Marullo collega īuidiā ei tāꝗ regnum affectanti fecerat/ in hunc modum respondēdo sus=stinuit. Celerius tu michi Cesar omnes filios meos eripies ꝗ ex his ego vnum nota mea pellam. habebat autem duos preterea optime indolis filios/ quibus Cesar se incrementa dignitatis benigne daturum pollicebatur. hunc patrē tāetsi summā diuini principis clementia tutum prestitit/non quis tamen humano ingenio maius ausum putet/quod cui totus terrarum orbis succubuerat/ non cessit.

SEd nescio an Octauius balbus concitatioris et ardētioris erga filium beniuolentie fuerit. Proscriptis a triumuiris/ cum domo postico clam esset egressus/iamqꝫ fuge expeditū inicinm haberet/postꝗ filium intus trucidari falso clamore vicinie accepit/ei se neci quam euaserat obtulit occidendūqꝫ militibus tradidit. Pluris nimirum illud momentum quo illi preter spem incolumen videri filiū contigerat/ ꝗ salutē suā estimās. Miseros adolescētis oculos/ quibus amātissimū

ſui patrē ipſius opera ſic expirātē/ ītueri neceſſe fuit.

C Eterū vt ad iocūdiora cognitu veniamus / Selēci regis filius Anthiochus nouerce Stratonites infinito amore correptus/memor quā īprobis facibus arderet/ īpium pectoris vulnus pia diſſimulatione cōtegebat. Itaq̧ diuerſi affectus iſdem viſceribus ac medulis incluſi/ ſūma cupiditas et maxima verecūdia ad vltimā tabē corpus eius redegerunt. Iacebat ipſe in lectulo/ moribundo ſimilis. lamentabantur neceſſarii. Pater merore proſtratus / de obitu vnici filii/ deq̧ ſua miſerria orbitate cogitabat. Totius domus funebris magis quam regius erat vultus. Sed hanc triſticie nubē/Leptinis mathematici/ vel vt quidā tradūt eraſiſtrati medici prouidētia diſcuſſit. iuxta enim anthiochum ſedens / vt eum ad introitum Stratonites rubore perfundi et ſpiritu īcrebeſcere. eaq̧ egrediente pallere et exercitatiorem anhelitum ſubīde recuperare animaduertit/ curioſiore obſeruatione ad ipſā veritatem penetrauit. intrante enī Stratonite et rurſus abeunte/ brachium adoleſcentis diſſimulanter apprehendēdo/ modo vegetiore/ modo languidiore pulſu venarum/cōperit cuius morbi eger eſſet. Protinuſq̧ id Selenco expoſuit.

Qui cariſſimam ſibi coniugem filio cedere non dubitauit. Quod in amorem incidiſſet / fortune acceptum referens. quod diſſimulare eū ad mortē vſq̧ paratus eſſet / ipſius pudori īputās/ Subiciatur animis ſenex rex amans. iā patebit

ꝙ multa ꝙꝙ difficilia paterni affectus ĩdulgẽtia superauit.

¶ Seleucus quidem vxorẽ. Ariobarzanes autẽ filio suo Cappadocie regnum cessit in conspectu Gnei. pompei cuius cum tribunal conscendisset/ inuitatusqꝫ ab eo vt in curuli sella sedisset/ postꝙ filium in cornu scribe humiliorem fortũa sua locum obtinentem conspexisset/ non sustinuit infra se collocatum intueri. sed protinus sella descendit. et diadema in caput eius transtulit. hortariqꝫ cepit/ vt eo transiret vnde ipse surrexerat. exciderũt lacrime iuueni. cohorruit corpus dilapsũ diadema est. nec quo iussus erat/ progredi potuit. quodqꝫ pene veritatis fidem excedit/ letus erat qui regnum deponebat tristis cui dabatur. nec vllum finem tam egregiũ certamen habuisset/ nisi patrie voluntati auctoritas Põpei affuisset. filium enim et regem appellauit/ et diadema sumere iussit/ et in curruli sella considere coegit. comice lenitatis hii patres/ tragice asperitatis illi.

¶ De seueritate patrum in liberos. Ca. viii.

Brutus gloria par Romulo. quia ille vrbem hic libertatem romanam cõdidit/ filios suos dominationẽ Tarquinii a se expulsã reducentes/ summum imperium obtinens/ comprehensos/ proqꝫ tribunali virgis cesos et ad palũ religatos/ securi percuti iussit. exuit patrem vt cõsulem ageret. orbusqꝫ viuere ꝙ publice vindicte deesse maluit.

HVius emulatus exēplum Cassius. filium qui tr. pl. agrariam legem primus tulerat / multisq; aliis rebus populariter animos hominum amore sui deuictos tenebat / postquā illam potestatem deposuit / adhibito propinquorum et amicorū cōsilio affcāti regni crimie domi dānauit. verberibusq; affectū necari iussit. ac peculium eius cereri consecrauit.

.autē Mālius torquatus propter egregia multa rare dignitatis / iuris quoq; ciuilis et sacrorū pōtificaliū peritissimus / i cōsimili facto ne cōsilio quidē necessariorū idigere se credidit. Nā cū ad senatum Macedonia de filio eius decimo sillano qui eā prouinciā obtinuerat querelas per legatos detulisset / a patribus cōscriptis peciit / ne quid ante de ea re statuerēt / q̄ ipse macedonū filiiq; sui causam inspexisset. sūmo deīde tū amplissimi ordīs / tū etiā eorū qui questū venerāt. cōsensu / cognicōe suspecta domi cōsedit. solusq; vtriq; parti per totū biduū vacauit. ac tertio plenissie die diligentissime q; auditis testibus ita pronunciauit. Cū sillanū filiū meum pecunias a sociis accepisse probatum michi sit / et re p. et cū domo mea indignū iudico. Protinusq; e conspectu meo abire iubeo. Tam tristi patris sentēcia perculsus Sillanus / lucē vlterius intueri nō sustinuit / suspēdioq; proxima nocte se cōsūpsit. Peregerat iā Torquatus seueri et religiosi iudicis partes. satis factum erat rei. p. habebat vltionem Macedonia. potuit tam verecundo filii obitu patris inflecti rigor.

At ille neq̃ exequiis adoleſcẽtis ĩterfuit. et cũ maxĩe funus eius duceretur/ cõſulere ſe volẽtibus vacuas aures accomodauit. Videbat enĩ ſe ĩ eo atrio cõſediſſe/ ĩ quo ĩperioſi illius Torquati(ſeueritatis cõſpicue) imago poſita erat. prudentiſſimoq̃ viro ſuccurrebat effigies maiorũ ſuorũ cũ titulis ſuis idcirco in prima parte edium poni ſolere vt eorum virtutes poſteri non ſolum legerent/ſed etiam imitarentur.

.vero ſcaurus lumen ac decus patrie/cum apud athęſim flumen(imptu cimbrorũ)romani equites pulſi/ deſerto Catulo cõſule vrbẽ pauidi repeterẽt / cõſternationis eorũ participi filio ſuo miſit/qui diceret/libẽtius ſe ĩ acie eius ĩterfecti oſſibus occurſurũ/ q̃ ipſũ tã deformis fuge reũ viſurũ. itaq̃ ſi quid mõ reliquũ in pectore verecũdie ſupereſſet/con ſpectũ degenerati patris vitaturũ. recordacõe.n.iuuẽte ſue qualis m.ſcauro aut habẽdus aut ſpernẽdus filius eſſet ãmonebatur. quo nũcio accepto/ iuueĩs coactus ẽ fortius aduerſus ſemetipſum gladio vti/quã aduerſus hoſtes vſus fuerat

Nec minus aĩoſe aulus fuluius vir ſenatorii ordinis/euntem in aciẽ filium retraxit/ quã ſcaurus e prelio fugientem ĩcrepauit. Namq̃ iuuenem et ingenio et litteris et forma inter equales nitentẽ(prauo cõſilio) amiciciam catiline ſecutum/ ĩq̃ caſtra eius temerario ĩpetu ruentem/medio itinere abſtractum ſupplicio mortis affecit.prefatus nõ ſe Catiline illũ aduerſus patriã/ ſed patrie aduerſus Catilinã genuiſſe.

Licuit donec belli ciuilis rabies preteriret / inclusū arcere.
verū illud cauti patris narraretur opus / hoc seueri refertur
Sed vt hāc icitatā et asperā seueritatē mitiores relatu pa-
trū mores clemētie sue mixtura tēperēt / exacte pene cōcessa
venia iūgatur. De parētū aduersus suspcōs liberos mo-
deratione. Ca. ix.
M. gellius oībus honoribus ad censūrā defūctus / cū grauissīa crimīa de filio / i
nouercā cōmissū stuprū et parricidiū cogitatū propemodū
explorata haberet / nō tamē ad vīdictā cōtinuo procurrit / sed
pene vniuerso senatu adhibito / in cōsiliū expositis suspicō-
nibus / defendēdi se adolescēti potestatē fecit. īspectaq diligē
tissime cā / absoluit eū tū consilio / tū etiā sua sētentia. Quod
si impetu ire abstractus seuire festinasset / admisisset magis
scelus q̄ vindicasset.
Q. autē Hortēsii qui suis tēporibus ornamentū romane eloquētie fuit / admirabilis in filio
patientia extitit. Cū eni eousq īpietatē eius suspectā et ne-
quitiā iuisā haberet / vt messalā sororis sue filiū herede habi
turus / ābitus reū defendēs / iudicibus diceret / si illū dāpnas
sent nichil sibi preter osculū nepotū in quibus acquiesceret
super futurū / hac scilicet sententia q̄ etiā edite orōni īseruit
filiū potius ī tormētis aī quā ī voluptatibus reponēs / tamē
ne nature ordinē cōfūderet / nō nepotes sed filiū heredē reli
quit. moderate vsus affcibus suis qz et viuus moribus eius
verū testioniū / et mortuus sāguini honorē debitū reddidit.

Dē fecit clari generis, magneq̧ dignitatis vir Fuluius. ſed in filio aliquāto tetriore. Nā cū auxiliū ſenatus iploraſſet! vt ſuſpectus ī parricidio et ob id latēs per triūuirum cōquereretur! ac iuſſu patrū cōſcriptorū cōprehēſus eſſet! nō ſolum eum non notauit! ſed etiā decedens dominū oīum eē voluit. quē genuerat herede īſtituēs! nō quē fuerat expertuſ

Magnorū virorū clemētibus actis ignoti patris noue ac īuſitate rōnis cōſiliū adiciā. qui cū a filio īſidias necti ſibi cōperiſſet! nec īducere ī aīmum poſſet! vt verū ſāguinē ad hoc ſceleris progreſſū crederet! ſeductā vxorē ſuſpicās! ſuppliciter rogauit. ne ſe vlterius celaret! ſed diceret ſiue illū adoleſcētē ſubieciſſet ſiue ex alio cōcepiſſet. aſſeueracōe deīde eius et iureiurando ſe nil tale debere ſuſpicari perſuaſus! in locū deſertū filio perducto / gladiū quē ocultū ſecū tulerat tradidit. ac iugulū feriēdū obtulit. nec veneno nec latrone ei ad peragendium parricidium opus eſſe affirmans. Quo facto! non paulatim / ſed magno impetu recta cogitatio pectus iuuenis occupauit. Cōtinuoq̧ abiecto gladio! tu vero inquit pater viue et ſi tam obſequēs hoc precari filio permittas me quoq̧ exupera. ſed tantū queſo ne meus erga te amor eo ſit tibi vilior! quod a penitentia oritur. Solitudinem ſanguine meliorē! paucacioreſq̧ penatibus ſiluas! et alimentis blādius ferrum. ac mortis oblate q̄ date vite felicius beneficium.

Commeōratis patribus qui iiurias filiorū pacienter ex=

ceperunt/referamus eos qui mortes equo aīo tolerarunt.

De parentibus qui obitū liberorū forti aīo tulerūt. ca.x.

Oratius puluillus cū in capitolio ioui optimo maxīo edē pontifex dedicaret/inq̧ nūcupatione solēniū verborū postē tenens/ mortuū esse filium suum audisset/ neq̧ manum a poste remouit/ne tanti templi dedicationem interrumperet. neq̧ vultum a publica religione ad priuatum dolorē deflexit/ ne patris magis q̄ pōtificis partes egisse videretur. Clarū exemplū. nec minus tamen illustre quod sequitur.

Emilius paulus nunc felicissimi / nunc miserrimi patris clarissima representatio est. ex quatuor filiis forme īsignis egregie indolis/ duos (iure adoptionis) in corneliam fabiāq̧ gentem translatos sibi ipse denegauit. duos ei fortuna abstulit/ quorum alter triumphum patris funere suo quartū ante diem precessit/ alter in triumphali curru cōspectus/ post diē tertiū expirauit. itaq̧ qui ad donādos vsq̧ liberos abūdauerat/ i orbitate subito destitutus est. quē casum quo robore animi sustinuerit (orationem quā de rebus a se gestis apud populum habuit/ hanc adiciendo clausulam) nulli ambiguū reliquit. Cum in maxīo prouectu felicitatis nostre quirites timerem ne quid mali fortuna moliretur/ iouē optimū maximū/ iunonēq̧ reginam et mineruā precatus sū/ vt si quid aduersi .p.r. immineret/ totū in meam domū conuerteretur.

Quapropter bene se res habet! annuendo enim votis meis id egerunt! vt vos potius meum casum doleatis! q̄ ego ve stro ingemiscerem. vno etiam nunc domestico exemplo ad= iecto, in alienis luctibus orationi mee vagari permittam.

Q. Marcius rex superioris Catonis in consulatu collega! filium summe pietatis et magni spei et que non parua cala= mitatis accessio fuit vnicum amisit. Cūq; se obitu eius sub= rutum et euersum videret! ita dolorem altitudine consilii co ercuit! vt a rogo iuuenis protinus curiam peteret! senatūq; quem eo die lege habere oportebat / euocaret. Quod nisi for titer merorem ferre scisset! vnius diei lucem inter calamito sum patrē et strenuū consulem (neutra in parte cessato offi cio) partiri non potuisset.

Princeps Atheniensium Pericles intra quatriduum duo bus mirificis adolescentibus filiis spoliatus! hisipsis diebus et vultu pristinū habitū retinēte! et oratione nulla ex parte infractiore concionatus est. ille vero caput quoq; solito mo= re coronatum gerere sustinuit! vt nichil ex vetere ritu pro pter domesticum vulnus detraheret. Non sine causa igitur tanti roboris animus ad olimpii iouis cognomē ascendit.

Xenophon autem quod ad Socraticā disciplinam attinet / proximus a Platone! felicis ac beate facuūdie gradus! cum solemne sacrificium perageret! e duobus filiis maiorem na tu noīe Grylum apud Mātineā in prelio cecidisse cognouit.

Nec ideo institutum deorum cultum ommittendum putauit. sed tantummodo coronam deponere cōtentus fuit. quā ipsam percontatus quonā modo occidisset. vt audiit fortissie pugnantem interiisse: capiti reposuit. numina quibus sacrificabat testatus: maiorem se ex virtute filii voluptatem: q̄ ex morte amaritudinem sētire. Alius remouisset hostiam. abiecisset altaria. lacrimis respersa thura disiecisset. xenophontis corpus pia religione immobile stetit. et animus in consilio prudentie stabilis mansit. ac dolori subcumbere ipsa clade que nunciata erat tristius duxit.

NE Anaxagores quidem supprimendus est. audita nāq; morte filii: nichil michi inquit inexpectatum aut nouū nūcias. Ego enim illum ex me natum: sciebam esse mortalem. Has voces vtilissimis preceptis ībuta virtus emittit. Quas si quis efficaciter auribus receperit: non ignorabit ita liberos esse procreandos: vt meminerit hiis a rerum natura et accipiendi spiritus: et reddendi: eodem momento temporis legem dici. Atq; vt mori neminem solere qui non vixerit: ita nec viuere aliquem quidē posse qui non sit moriturus.

¶ Valerii Maximi liber quintus desinit.

¶ Tituli Libri sexti.

De ſeueritate. Ca.iii. ¶ Grauiter dicta aut facta.ca.iiii.
De iuſticia.Ca.v. De fide publica. Ca.vi. De fide vxo=
rum erga viros. ca.vii. ¶ De fide ſeruorum erga dominos
ca.viii. De mutatione morum aut fortune. ca.ix.

¶ Capitulm primum de pudicicia.

Vnde te virorum pariter ac feminarū preci=
puū firmamētū pudicia inuocē? Tu enim
priſca religiōe cōſecratus veſte focos īcolis.
tu capitoline iunonis puluinaribus incubas. tu palacii colu
men/auguſtos penates ſanctiſſimūqꝫ iulie gentis genialem
thorū aſſidua ſtatione celebras/ tuo preſidio puerilis etatis
inſignia munita ſunt.tui numinis reſpectu ſincerus iuuen
e flos permanet.te cuſtode matronalis ſtola cenſetur. Ades
igitur et cognoſce que fieri ipſa voluiſti.

DVx romane pudicicie lucrecia cuius virilis animus (ma
ligno errore fortune) muliebre corpus ſortitus eſt/ a Tar=
quinio regis ſuperbi filio per vim ſtuprum pati coacta/ cū
grauiſſimis verbis iniuriam ſuam in conſilio neceſſariorū
deploraſſet/ferro ſe(quod veſte tectum attulerat) īteremit.
cauſamqꝫ tam animoſo interitu imperiū cōſulare pro regio
permutādi. populo romano prebuit.

Que hanc illatam iniuriam non tulit virginius plebei
generis/ſed patricii vir ſpiritus. qui(ne probro cōtaminare
tur domus ſua)proprio ſanguini nō pepercit. Nā cū apius

Claudius decēuir filie eius virginis stuprum potestatis viribus fretus pertinatius expeteret / deductam ī forū puellā occidit. pudiceq; ītereptor: q̄ corrupte pater esse maluit.

Nec alio rubore animi preditus fuit poncius anfidianus eques r. Qui postq̄ comperit filie sue virginitatem a pedagogo proditam Fannio saturnino: non contentus sceleratū seruū affecisse supplicio / etiā ipsam puellam necauit. Ita ne turpes eius nupcias celebraret: acerbas exequias duxit.

Quid Primenius? Quam seuerum pudicicie custodem egit? in libertum nāq; gratum admodum sibi animaduertit: quia eum nubilis etatis filie sue osculum dedisse cognouerat: cum presertim non libidine sed errore lapsus videri posset. Ceterum amaritudine pene teneris adhuc puelle sēsibus castitatis disciplinam ingenerari magni existimauit. Eiq; tā tristi exemplo precepit: vt non solum virginitatem illibatā sed etiam oscula ad virum sincera perferret.

QVero fabius maximus seruilianus honoribus quos splēdidissime gesserat / censure grauitate consummatis: exegit penas a filio dubie castitatis. et punito pependit voluntario secessu cospectum patrie vitando.

Dicerem Censorinum virum nimis atrocem extitisse: nisi .P. attilium philistum in puericia corpore questum a domino facere coactum: tam seuerum postea patrem cernerē. filiam enim suam quod ita stupri se crimīe coinquinauerat

interemit. Quam sanctam igitur in ciuitate nostra pudici ciā fuisse existimare debemus, in qua etiam institores libidi nis tam seueros eius vindices euasisse animaduertimus?

Sequitur excellentis nominis ac memorabilis facti exem plum. M. claudius marcellus edilis curulis C. scātinio capi tolino tr. pl. diem ad populum dixit: q filium suum de stu pro appellasset. eoq asseuerante se cogi non posse vt ades set: quia sacrosanctā potestatem haberet: et ob id tribuniciū auxilium implorante: totum collegium tribunorum nega uit se itercedere. quominus pudicicie questio peragetur. Citatus itaq scatinius reus / vno teste qui tēptatus erat dā natus est. Constat iuuenem productum in rostro defixo in terram uultu: perseueranter tacuisse. verecundoq scilentio plurimum in vltionem suam valuisse.

Etellus quoq celer stuprose mentis acer punitor extitit: Cn. sergio silo promissorum matrifamilie nūmorū gratia diem ad populum dicendo. eumq hoc vno crimine damnā do. Non enim factum tunc: sed animus in questionē deduc tus est. plusq voluisse peccare nocuit: q nō pecasse profuit. concionis hec: illa curie grauitas.

T. Veturius filius eius Veturii. qui in consulatu suo sam nitibus ob turpiter ictum fedus deditus fuerat: cū propter domesticam ruinam et graue es alienum C. plotio. nexum se dare adolescētulus admodum coactus esset: seruilibus ab

eo verberibus quia ſtuprum pati noluerat affectus / quere=
lam ad conſules detulit . A quibus hac de re certior factus
ſenatus / Plotium in carcerem duci iuſſit. In qualicunq; enī
ſtatu poſitam romano ſanguini pudiciciam tutam eē voluit
Et quid mirum ſi hoc vniuerſi patres cōſcripti cenſuerūt?
C Feſcenninus triumuir C . Cornelium fortiſſime milicie
ſtipendia emeritum uirtutiſq; nomine quater honore primi
pili ab imperatoribus donatum (cum ingenuo adoleſcētulo
ſtupri commercium habuiſſet) publicis vinculis onerauit.
A quo appellati tribuni / cum de ſtupro nichil negaret / ſed
ſponſionem ſe facere paratum diceret / quod adoleſcens il-
le palam atq; aperte corpore queſtum factitaſſet / interceſſio
nem ſuam interponere noluerunt. Itaq; Cornelius in carce
re mori coactus eſt. non putarunt tri. pl. r. p. noſtram cum
fortibus paciſci oportere / vt externis periculis domeſticas
delicias emerent.
Libidinoſi centurionis ſupplicium M. lectorii mergi tri=
buni militaris eque ſimilis fedus exitus ſequitur . cui comi
nius tr. pl. diem ad populum dixit / ꝙ corniculariũ ſuum
ſtupri cauſa appellaſſet. nec ſuſtinuit eius rei ſcientiā lecto=
rius. ſed ſe ipſe ante iudicii tempus fuga prius puniuit. dei
de etiam nature modum expleuerat . fato tamen functus /
vniuerſe plebis ſententia crimine impudicicie damnatus ē.
Signa illum militaria. ſacrate aquile et certiſſima Romani

imperii custos seuera castrorum disciplina ad inferos vsq; persecuta est. quoniā cuius virtutis magister esse debuerat: sanctitatis corruptor temptabat existere.

HOc monuit C. marium imperatorem tū/ cum clusiū sororis sue filium tribnno militum a C. plotio manipulario milicie iure cesum pronunciauit: quia eum de stupro cōpellare ausus fuerat.

Ed vt eos quoq; qui in vindicanda pudicicia dolore suo pro publica lege vsi sunt strictim percurram: Sempronius musca C. gallium deprehensum in adulterio: flagellis cecidit; C. meninius L. octauium similiter deprehensum pugnis cōtulit. Carbo acienus a Bibieno: item pontius a P. seruio deprehensi: castrati sunt; Cn. etiam furium brocchum quem deprehenderat familie stuprandum obiecit. Quibus ire sue indulsisse fraudi non fuit.

ATq; vt domesticis externa subnectam: greca femina nomine Hippo: cum hostium classe esset excepta: in mare se (vt morte pudiciciā tueretur) abiecit. cuius corpus erythreo littori appulsum: proxima vndis humus sepulture mandatum/ ad hoc tempus tumulto contegit. Sāctitatis vero gloriam eterne traditam memorie grecia laudibus suis celebrādo quotidie florentiorem effecit/ vehementius hoc. illud cōsideratius exemplum pudicicie.

xercitu et copiis gallogrecorum a Cn. manlio consule i

olimpo monte ex parte delectis/ex parte capitis/ Orgia Go
tis reguli vxor mire pulchritudinis/a centurione cui custo
dienda tradita erat/ stuprum pati coacta/ postq̄ ventum est
in eum locum in quem centurio misso nuncio / necessarios
mulieris precium quo eandem redimerent afferre iusserat/
aurum expendente centurione/ et in eius pondus animo oc
culisq̄ intento / gallogrecis lingua gentis sue imperauit vt
eum occiderent. Interfecti deinde caput abcisum manibus
retinens/ ad coniugem venit. abiectoq̄ ante pedes ei iniurie
et vltionis sue ordinem exposuit. Huius femine quid aliud
quisq̄ q̄ corpus in potestatem hostium venisse dicat? Nāq̄
animus nec vinci/ nec pudicicia capi potuit.

Theutonorum vero coniuges marium victorem orarunt
vt ab eo virginibus vestalibus dono mitterentur. affirman
tes eque se atq̄ illas virilis cōcubitus expertes futuras/ eaq̄
re non impetrata/laqueis sibi nocte proxima spiritum irri=
puerunt. Dii melius q̄ hunc animum viris earum ī acie nō
dederunt. Nam si mulierum suarum virtutem imitari vo=
luissent/incerta theutonice victorie trophea reddidissent.

Libere dicta aut facta Capitulum secundum

Ibertatem autem vehementis spiritus dictil
pariter et factis testatam vt non inuitauerī/
ita vltro venientem non excluserim. que īter
virtutem viciūq̄ posita/si salubri modo se tēperauit / laudē.

si quo non debuit profudit/ reprehensionē meretur. ac vul=
gi sic auribus gratior/ q̄ sapiētissimi cuiusq aio probabilior
est/vtpote frequentius aliena venia/ quā sua prudētia tuta.
sed quia humane vite partes persequi propositū est/ nostra
fide propria estimatione referatur.

PRiuerno capto interfectisq qui id opidum ad rebellandū
incitauerant/ senatus indignatione accensus/ consiliū agita=
bat quidnam sibi de reliquis quoq priuernatibus esset faciē
dum/ancipiti igitur casu salus eorum fluctuabat/ eodem tē
pore et victoribus et iratis subiecta. Ceterum cum auxiliū
vnicum in precibus restare animaduerterent/ ingenii et ita
lici sanguinis obliuisci non potuerunt. Princes enim eorū
in curia interrogatus quam penam mererentur? Respōdit
quam merentur qui se dignos libertate iudicauerunt. arma
sumpserant. exasperatosq patrum conscriptorum aīos ver=
bis inflammauerāt. Sed Plautius consul fauens priuerna
tiū cause/ regressū aīmoso eius dicto obtulit. quesiuitq qua
lem cum eis romani pacem habituri essēt impunite donata?
At is constantissimo vultu. si bonam dederitis/ iquit perpe
tuam. si malam/non diuturnam. Qua voce perfectum est/
vt victis non solum venia/ sed etiam ius et beneficiū nostre
ciuitatis daretur/ sic in senatu loqui priuernas ausus est.

.Vero Phillippus consul/ aduersus eundem ordinem li
bertatem exercere non dubitauit. Nam segniciē pro rostris

exprobrans / alio sibi senatu opus esse dixit. tantūq; a peni=
tentia dicti affuit / vt etiam licinio crasso summe dignitatis
atq; eloquentie viro id in curia grauiter ferenti / manum ini
ci iuberet. ille reiecto littore / non est inquit michi philippus
consul / quia nec ego quidem senator sum. Quid? populum
ab incursu suo libertas tutum reliquit / immo et similiter ag
gressa et eque experta patientia est.

C. Carbo tri. pl. īperator sepulte gracchane seditionis tur
bulentissimus vindex / idemq; orientium ciuilium malorum
fax ardentissima / P. africanum a numantie ruinis sūmo cū
glorie fulgore venientem / ab ipsa pene porta in rostra per=
ductū. Quid de Tiberii gracchi morte (cuius sororem ī ma
trimonio habebat) sentiret / interrogauit / vt auctoritate gra=
uissimi viri inchoato iā incendio multum incrementi adice=
ret. quia non dubitabat / quin propter tam artam affinitatē
aliquid pro memoria interfecti necessarii miserabiliter esset
locuturus. at is iure eum cesum videri respondit. Cui dicto
contio tribunicio furore instincta cum violenter succlamas
set / taceant inquit quibus italia nouerca est. Orto deinde
murmure / non efficietis ait / vt solutos verear quos alliga=
tos adduxi. vniuersus populus ab vno iterū contumeliose
correptus erat. quātus est honos virtutis. et tacuit. recens
ipsius victoria numantia. Et patris macedonica. deuictaq;
Cartaginis habita spolia / ac duorū Siphacis et Persei ante

triumphales currus cathene / ceruices totius tunc fori clau serunt. Nec timori datum est scilentium. sed quia beneficio Emilie cornelieq gentis multi metus vrbis atq italie finita erāt / plebs romana libertati Scipionis libera nō fuit. Qua propter minus mirari debemus q amplissima Cn. pompei auctoritas totiens cum libertate luctata est. nec sine magna laude. quoniam omnis generis hominum / licētie lu dibrio esse / quieta fronte tulit.

C. Piso cum Manilium crispum reum ageret / cumq eui denter nocentem gratia Pompei eripi videret / iuuenili īpe tu ac studio accusationis prouectus / multa et grauia crimīa prepotenti defensori obiecit. Interrogatus deinde ab eo cur se non quoq accusaret / da inquit predes rei. p. te (si postula tus fueris) ciuile bellum non exitaturum / et iam de tuo pri usq de manilii capite in consilium iudicum mittam. Ita in eodem iudicō duos sustinuit reos. accusatione manilium. li bertate / pompeium. et eorum alterum lege peregit / alterū professione qua solum poterat.

Quid ergo libertas sine catone / Non magis q cato sine li bertate. Nam cum in senatorem nocentem / et infamen reū iudex sedisset / tabelleq Cn. pompei laudationem eius conti nentes perlate essent / proculdubio efficaces future / pro no xio submouit eas e questione legem recitando / qua cautum erat ne senatoribus tali auxilio vti liceret. Huic facto perso

na admirationem ademit. Nam quod in alio audatia videre tur / in Catone fidutia cognoscitur.

C. lentulus marcellinus consul / cum in cōtione de magni pompei nimia potentia quereretur / assensusq; ei clara voce vniuersus populus esset / acclamate (inquit) acclamate qui rites dū licet. iā enī vobis īpugne facere nō licebit. Pulsata tunc est eximii ciuis potentia. hinc inuidiosa querela / hīc la mentatione miserabili.

Vi candida fascia crus alligatum habenti / Fanonius non refert (inquit) qua in parte sit corporis dyadema. Exigui pā ni cauillatione / regias eius res exprobrans. At is neutra in parte mutato vultu / vtrumq; cauit / ne aut hilari fronti libē ter agnoscere potētiam / aut tristi iram profiteri videretur. eaq; patientia inferioris etiā generis et fortune hominibus aditum aduersus se dedit. e quorū turba duos retulisse abū de erit.

H Elius mancia formianus Libertini filius vltime senectu tis Lucium libonem apud censores accusabat. in quo certa mine cum Pompeius magnus humilitatem ei etatemq; ex probrans / ab inferis illum ad accusādum remissum dixisset Non mentiris inquit Pompei. venio enim ab inferis Mar cii. L. libonis accusator. venio. sed dum illic moror / vidi cru entū Cn. domicium inobarbum deflentem q summo gene re natus / integerrime vite / amantissimus patrie / in ipso

iuuentutis flore tuo iussu esset occisus.

Vidi pari claritate conspicuum Brutum ferro laceratũ querentem idem sibi prius perfidia: deĩde etiam crudelitate tua accidisse. Vidi Cn. Carbonem accerrimum pueritie tue bonorumq patris tui defensorem in tertio consulatu cathenis quas tu ei inici iusseras victum. obtestantẽ te aduersus omne fas nec nefas: cum ĩ summo esset imperio a te equite romano trucidatum.

Vidi eodem habitu et quiritatu pretorium virum Perpẽnam seuitiam tuam execrantem: omnesq eos vna voce indignantes: q indẽnati sub te adolescentulo carnifice occidissẽt Obducta iam vetustis cicatricibus bellorum ciuilium vastissima vulnera: municipali homini seruitutem paternam redolenti: effrenate temeritatis: intolerabilis spiritus: impune reuocare licuit. Itaq eo tẽpore et fortissimum erat Cn. pompeio maledicere et tutissimum. sed non patitur nos hoc longiore qnerela prosequi: persone insequentis aliquanto sors humilior.

Iphilus tragedus cum appolinaribus ludis interactum ad eum versum venisset in quo hec sententia cõtinetur: miseria nostra magnus est: directis in Pompeiũ magnũ manibus pronũciauit. reuocatusq aliquotiens a populo. sine vlla cũctatõe: nimie illũ et ĩtollerabilis potẽtie rerum gestu persuerãter egit. eadẽ petulãtia vsus ĩ ea quoq parte virtntẽ istãc

veniet tempus cum grauiter gemas.

MArci etiam castricii libertate inflammatus animus : qui cum Placentie magistratum gereret : Gn. carbone consule iubente decretum fieri quo sibi obsides a placentinis daren tur. nec sūmo eius imperio obtemperauit: nec maximis viri bus cessit. atq etiam dicenti multos se gladios habere: respō dit. et ego annos. obstupuerunt tot legiones tam robustas senectutis reliquias intuentes.

Arbonis quoq ira (quia materiam seuiendi perq̄ exiguā habebat) paruulū vite tempus ablatura in seipsa colapsa ē.

IAm seruii galbe temeritatis plena postulatio : qui diuū iulium consūmatis victoriis : in foro ius dicentem. in hunc modum interpellare sustinuit.

Ai Iuli cesar pro Gn. pompeio magno quondā genero tuo in tertio eius consulatu pecuniam spopondi : quo nomi ne nunc appellor. quid agam? an dependā? palam atq aper te ei bonorum Pompei venditionem exprobrādo: vt a tribu nali summoueretur. meruerat. sed illud ipsa mansuetudine mitius pectus es alienū pompei ex suo fisco solui iussit.

HOc Passelius vir iuris ciuilis sciencia clarus: quā pericu lose contumax? Nullius enim aut gratia aut auctoritate cō pelli potuit: vt de aliqua earum rerum quas triumuiri dede rant formulam componeret. hoc animi iudicis : victorie eo rum beneficia extra omnem ordinem legum ponens.

ID[e] cũ multa de tẽporibus liberius loqueretur / amiciq; ne id faceret monerent / duas res que hominibus amarissime viderentur / magnam sibi licentiam prebere respõdit. senectutem / et orbitatem.

Miserit se tantis viris mulier alienigeni sanguinis. que a Philippo regẽ temulento immerenter damnata / prouocarẽ ad Philippum (inquit) sed sobrium. excussit crapulam osci tanti. ac presentis animi ebrium resipiscere / causaq; diligencius inspecta / iustiorẽ sententiam ferre coegit. Igitur equitatem quam impetrare non potuerat extorsit. potius presidium a libertate quã ab innocentia mutuata.

IA in illa non solum fortis sed etiam vrbana liberatas. senectutis vltime quedam mulier Siracusis (omnibus dionisii tiranni exicium propter nimiam morum acerbitatem / et intolerabilia onera / votis expetentibus) sola quotidie matutino tempore deos vt incolumis ac sibi superstes esset orabat. Quod vbi is cognouit / non debitam sibi admiratus beniuolentiam / accersiit eam. Et quid ita hoc aut quo merito suo faceret / interrogauit? Tum illa / certa est inquit ratio propositi mei. puella enim cum grauẽ tirannũ haberemus / carcere eo cupiebã. quo ĩterfecto. aliquãto tetrior arcẽ occupauit. eius quoq; finiri domĩationẽ magni existĩabã. terciũ te superioribus ĩportuniorẽ hẽre cepimus rectorẽ. Itaq; timẽs ne si tu fueris assũptus deterior ĩ locũ tuũ succedat / caput

meum pro tua salute deuoueo. Tam facetam audaciam dio nisius punire erubuit.

Inter has et Theodorum cyreneum / quasi animosi spiri tus coniugiū esse potuit. virtute par / felicitate dissimile. Is enim Lisimacho rege mortem sibi minitanti / enimuero in quit magna res tibi contigit / quia Cantharidis vim assecu tus es. Cumq hoc dicto accensus / cruci eum suffigi iussisset terribilis ait hec sit purpuratis tuis. mea quidem nichil inte rest / humi an sublime putrescam.

Capitulum tercium de seueritate.

ARmet se duricia pectus necesse est / dum hor ride ac tristis seueritatis acta narrantur / vt omni mitiori cogitatione seposita / rebus au ditu asperis vacet. ita enim districte et inexorabilis vindicte et varia penarum genera in medium procurrent / vtilia qui dem legum munimenta / sed minime in placido et quieto pa ginarum numero reponēda.

MAnlius vnde gallos depulerat / inde ipse precipitatus ē / quia fortiter defensam libertatem nefarie oprimere conatus fuerat. Cuius iuste vltionis nimirum hec prefacio fuit / Manlius eras michi / cum precipites agebas senones. post quā imitari cepisti / vnius factus ex Senonibus. Huius supplicio eterne memorie nota inserta est. Propter illum enim lege sanciri placuit / Ne quis patricius in arce aut in

capitolio habitaret. quia domum eo loci habuerat vbi nunc edem monete videmus.

Par indignatio ciuitatis aduersus spurium cassium erupit. Cui plus suspitio concupite dominationis nocuit quam tres magnifici consulatus ac duo speciosissimi triumphi profuerunt. Senatus enim populusque romanus non contentus capitali eum supplicio afficere: interempto domum superiecit: vt penatium quoque strage puniretur. In solo autem edem telluris fecit. itaque quod prius domicilium impotentis viri fuerat: nunc religiose seueritatis monumentum est.

Eadem ausum Spurium melium consimili exitu patria multauit. Area vero domus eius (quo iusticia supplicii notior ad posteros perueniret) Equi melii appellationem traxit. Quantum ergo odii aduersus hostes libertatis insitum animis antiqui haberent: parietum ac tectorum in quibus versati fuerant ruinis testantur.

Ideoque M. Flaccii et L. saturnini sediciosissimorum ciuium corporibus trucidatis: penates ab imis fundamentis eruti sunt. Ceterum Flacciana area cum diu penatibus vacua mansisset: a Quinto Catulo cimbricis spoliis adornata est.

Viguit in nostra ciuitate Ti. et C. gracchorum summa nobilitas ac spes amplissima. sed quia statum ciuitatis conati erant conuellere: insepulta cadauera iacuerunt. supremusque humane condicionis honos filiis gracchi et nepotibus africani defuit

quinetiam familiariores eorum ne quis rei publice īimicis amicus esse vellet/ de robore precipitati sunt.

IDem sibi licere tam P.mutius tr.pl. q̄ senatui et po.ro. credidit. qui omnes collegas suos (qui duce spurio cassio id egerant / vt magistratibus nō subrogatis cōmunis libertas in dubium vocaretur) viuos cremauit. nichil profecto hac se ueritate fidentius. Vnus enim tribunus eam penam nouē collegis inferre ausus est / quam nouem tribuni ab vno col lega exigere perhorruissent.

Libertatis adhuc custos et vindex seueritas / sed pro digni tate etiam ac pro disciplina eq̄ grauis. M. enī claudiū sena tus corsis (quia turpem cum hiis pacem fecerat) dedit. Quē ab hostibus non acceptum in publica custodia necari iussit. semel lesa maiestate īperii / quot modis ire pertinax vindex? factum eius rescidit / libertatem ademit. spiritum extinxit. corpus contumelia carceris / et detestanda gemoniarum sca larum nota fedauit. Atq̄ hic quidem senatus animaduersio nem meruerat.

Gn. autem cornelius Scipio Hispali filius priusq̄ mere ri posset expertus est. Nam cum ei hispania prouincia sorte obuenisset / ne illuc iret decreuit. adiecta causa / recte facere nesciret. itaq̄ a Quinto cornelio propter vite inhonestum actum / sine vllo prouinciali ministerio / tantum repetūdarū le ge dampnatus est.

NE in Caio quidē Vecieno (qui sinistre manus digitos / ne bello italico militaret absciderat) seueritas senatus cessauit. Publicatis enim bonis eius / ipsum eternis vinculis puniēdum censuit. effecitq vt quem honeste spiritum profūdere in acie noluerat / turpiter in cathenis consumeret.

IDem factum imitatus M. curius consul / cum delectum subito edicere coactus esset / et iuniorū nemo respondisset / coniectis insortem omnibus tribubus /. Pollie que proxīa exierat primiū nomē vrna extractū citari iussit. neq eo respōdēte / bona adolescentis haste subiecit. Quod vt illi nūciatū est / ad consulis tribual cucurrit / collegiūq tribunorū appellauit. Tūc M. curius prefatus nō opus esse eo ciue r. p. qui parere nesciret / et bona eius et ipsum vendidit.

EQue tenax propositi L. domicius. nam cum scicilia pro romanis regeret / dum ad eū eximie magnitudinis aper allatus esset / adduci ad se pastorem cuius manu occisus fuerat / iussit. interrogatumq qui eam bestiam confecisset / postq̄ cōperit vsum venabulo / crucifixit. quia ipse ad extirpanda latrocinia (quibus prouincia vastabatur) ne quis telum haberet edixerat. Hoc aliquis in finem seueritatis et seuicie ponendum dixerit. Disputatione enim vtroq flecti potest. Ceterum ratio publici imperii pretorem nimis asperum existimari non patitur.

Ic se in viris puniendis seueritas exercuit. Sed ne in

feminis quidē supplicio afficiendis/segniorem egit.

HOratius prius prelio trium curiatiū/ ceterum(cōditione pugne)oīum albanorū victor/ cū ex illa clarissīa acie domū repetēs/ sororē suā virginē Curiati spōsā mortē profusius q̄ illa etas debebat flentē vidisset/ gladio(quo patrie rem bene gesserat)interemit. parum pudicas ratus lacrimas/ que prepropero amori dabantur. quē(hoc noīe)reum apud populum actum pater defendit. ita paulo propensior animus puelle ad memoriam futuri viri/ et fratrē ferocem vindicē/ et vindicte tam rigidum assensorem patrem habuit.

COnsimili seueritate senatus postea vsus/ Spurio postumio Albino Quinto martio philippo consulibus mādauit vt de hiis que sacris bachanalium inceste vse fuerant inquirerent. A quibus cum multe essent inuente/ in omnes cognatorum intra domos animaduerterunt. Lateq̄ patens opprobrii deformitas/seueritate supplicii emendata est. Quia quantum ruboris ciuitati nostre mulieres turpiter se gerendo incusserant/ tantum laudis grauiter punite attulerunt.

PVblicia autem que postumium albinum consulē. Item Licinia que claudiū asselliū viros suos veneno necauerant/ propinquorū decreto strāgulate sūt. Nō enī putauerūt seuerissimi viri in tam euidenti scelere longum publice questionis tempus expetendum. Itaq̄ quarum innocentium defēsores fuissent/sontium mature vindices extiterunt.

magno scelere horum seueritas ad exigendam vindictam cõ citata est.

Egnati autem metelli longe minori de causa / qui vxorẽ (quod vinum bibisset) fuste percusam interemit. Idq factũ non accusatore tantum / sed etiam reprehensore caruit. Vno quoq existimante optimo illam exemplo / violate sobrietatis penas pependisse. et sane quecunq femina vini vsum immoderate appetit / virtutibus ianuam claudit. et delictis aperit.

HOrridum. C. quoq supplicii galli maritale supercilium nam vxorem dimisit / quod eam capite aperto foris versatã cognouerat. Abcisa sententia / sed tamen aliqua ratione munita. lex enim ĩquit tibi meos prefiniuit oculos / quibus formam tuam approbes. hiis decoris instrumenta compara. hiis esto speciosa. horũq certiori crede noticie. Vlterior tui conspectus superuacua irritatione accersitus / in suspicione et crimine hereat necesse est.

Ec alter censit Q. antistius vetus repudiando vxorem / quod illam in publico cum quadam libertina vulgari secreto loquentem viderat. Nam vt ita dicam incunabulis et nutrimentis culpe (non ipsa commotus culpa) citeriorem delicto prebuit vltionem / vt potius caueret iniuriã / q̃ vĩdicaret.

IVngendus est hiis P. sempronius sophus. qui coniugẽ repudii nota affecit. nichil aliud quam (se ignorante) ludos ausam spectare. Ergo dum sic olim feminis occuritur / mẽs

earum a delictis aberat.

CEterum et si romane seueritatis exemplis totius terrarū orbis instrui potest: tamen externa summatim cognosse fastidio non sit.

Lacedemonii libros Archilochi ciuitate sua exportari iusserunt: quod eorum parum verecundam ac pudicam lectionem arbitrabantur. Noluerunt enium ea liberorum suorum animos imbui. nec plus moribus noceret quam ingeniis prodesset Itaque maximum poetam: aut certe sūmo proximū (quia domum sibi inuisam obsenis maledictis lacerauerat) carminū exilio multarunt.

AThenienses autē Timagoram (inter officiū salutationis Darium regem more gentis illius adulatum) capitali supplicio affecerunt. vnius ciuis humilibus blandiciis: totius vrbis sue decus persice dominationi summissum grauiter ferentes.

Iam Cambuses inusitate seueritatis. qui mali cuiusdam iudicis e corpore pellem detractam: selle intendi: in eaque filium eius iudicaturum considere iussit. Ceterū et rex et barbarus atroci ac noua pena iudicis: ne poste iudex corrumpi posset prouidit. Capitulū quartum. Grauiter dicta aut facta.

MAgnam et bonam laudis partem ī claris viris etiam illa uendicāt: que aut ab hiis dicta grauiter aut facta pertinax

memoria viribus externis comprehendit. Quorum ex ha bundanti copia nec parca nimis: nec rursus auida manu / quod magis desiderio satis faciat: q̃ satietate abūdet hauria

CIuitate nostra Cannensi clade percussa: cum ad= mus modum tenui filo suspensa. r. p. salus ex sotiorum fide pen deret. (vt eorum animi ad imperium romanum tuendū cō= stantiores essent) maiori parte senatus principes latinorum in ordinem suum sublegi placebat. Anius autē campanus etiam consulem alterum Capue creari debere asseuerabat. sic contusus et eger romani imperii spiritus erat. Tunc mā lius torquatus filius eius qui latinos apud Veserim inclita pugna fuderat: q̃ poterat clara voce denunciauit. si quis so= ciorū cōscriptos inter patres / sententiam dicere ausus esset: continuo eum se interempturum. Hec vnius mine et roma norum languentibus animis calorem pristinū reddiderūt: et italiam ad ius ciuitatis nobiscum exequendum cōsurgere passe non sūt. Namq; vt patris armis: ita verbis filii fracta

Ac illius quoq; manlii grauitas: cui cum con Cessit. sulatus omniū consensu deferretur: eūq; sub excusatione ad uerse valitudinis oculorū recusaret: instantibus cūctis: aliū (inquit) quirites querite: ad quem hunc honorem transfera tis. Nam si me gerere eū coegeritis: nec ego mores vestros ferre: nec vos meum imperium perpeti poteritis. si priuati tam ponderosa vox: q̃ graues fasces consulis extitissent.

q

Nichilo segnior Scipionis emiliani aut in curia aut in cō tione grauitas. qui cum haberet consortem censure Nūmiū vt nobilem ita eneruis vite / pro rostris dixit / se ex maiestate r. p. omnia gesturum si sibi ciues vel dedissent collegam vel non dedissēt.

Idem (cum seruius sulpicius galba et aurelius consules in senatu contenderent / vter aduersus Viriachum in hispaniam mitteretur / ac magna inter. p. c. dissensio esset / omnibus quonam eius sententia inclinaretur exspectātibus) neutrum inquit mitti michi placet / quia alter nichil habet / alteri nichil est satis. Eque malam licentis imperii magistram iudicans / inopiam atq; auaritiam. Quo dicto vt neuter i prouinciam mitteretur obtinuit.

G. Vero Popilius legatus ad anthiochum missus / vt bello se quo ptolomeum lacessebat abstineret / cum ad eū venisset / atq; is prompto animo et amicissimo vultu dexteram ei porrexisset / inuicem illi suam porrigere noluit. sed tabellas senatusconsultū continētes tradidit. Quas vt legit Anthiochus / dixit se cum amicis collocuturum. Indignatus Popilius q aliquam moram interposuisset / virga solum quo isistebat denotauit. et prius inquit q hoc circulo excedas / das responsum quod senantui referam. Non legatum locutum sed ipsam curiam ante occulos positam crederes. Continuo enim rex affirmauit fore ne amplius de se Ptolomeus que

reretur . ac tum demum Popilius manum eius tanq̄ socii apprehendit . Quam efficax est animi sermonisq̄ grauitas abcisa . eodem momento Sirie regnum terruit / egipti texit.

P Autem rutilii verba prius an facta estimen nescio . nam vtriq̄ eque admirabile inest robur . cum amici cuiusdam iniu ste rogationi resisteret / atq̄ is per summam indignationem dixisset / quid ergo michi īquit opus est amicicia tua si quod rogo non facis? Respondit . imo quit michi tua / si propter te aliquid inhoneste facturus sum?

Vid voci consentanea illa opera . quod magis ordinū dis sensione / q̄ vlla culpa sua reus factus / nec obsoletam vestē induit nec insignia senatoris deposuit . nec supplices ad ge= nua iudicum manus tetendit . nec dixit quicquid splendore preferitorum annorū humilius . Effecitq̄ vt periculum non impedimentum grauitatis eius esset sed experimentū . Atq̄ etiam cum ei reditum in patriam Sillana victoria prestaret in exilio ne quid aduersum leges faceret / remansit . Quapro pter felicitatis cognomen iustius quis moribus grauissimi viri / q̄ impotentis armis assignauerit / quod quidem silla ra puit / Rutilius meruit.

M Brutus suarum prius virtutum q̄ patrie parentis parri cida (vno enim facto et illas in profundum precipitauit / et omnem nominis sui memoriam īexpiabili detestatione pro fudit) vltimum prelium initurus / negantibus quibusdam

id committi oportere. Fidenter inquit in acie descendo. Hodie enim aut recte erit aut nichil curabo. presumpserat videlicet neque viuere se sine victoria, neque mori sine securitate po
QVius mentio michi subicit quod aduersus drusium sse. Brutum in Hispania grauiter dictum est referre. Nam cum ei se tota pene Lusitania dedisset, ac sola gentis eius vrbs Cimmina pertinaciter arma retineret, temptata pro redemptione propemodum vno ore legatis Bruti respondit, ferrum sibi a maioribus quo vrbem tuerentur, non aurum quo libertatem ab imperatore auaro emerent relictum. melius sine dubio istud nostri sanguinis homines dixissent quam audissent. sed illos quidem natura in hec grauitatis vestigia deduxit.
Socrates autem grece doctrine clarissimum columen, cum Athenis causam diceret, defensionemque ei Lysias a se compositam qua in iuditio vteretur recitasset, demissam et supplicem imminenti procelle accomodatam, aufer inquit queso istam, nam ego si adduci possem vt eam in vltima Scythie solitudine perorarem, meipsum morte multandum prius concederem. spiritum contempsit, ne careret grauitate. Maluitque Socrates extingui, quam Lysias superesse.

QVantus hic in sapientia, tantus in armis Alexander, illam vocem nobiliter edidit. Dario enim vno iam et altero prelio virtutem eius experto, atque ideo ei partem regni Thauro tenus monte et filiam in matrimonium cum decies centum

milibus talentum pollicente / cum Parmeniō Alexandro dixisset se si Alexander esset / vsurū ea conditione / respōdit et ego vterer si parmeniō essem. Vocem duabus victoriis respondentem / dignamq; cui tertia sicut eueīt tribueretur.

AT q; hec quidem et animi magnifici et prosperi status / illa vero qua legati Lacedemoniorū apud patrem eius miseram fortitudinis sue conditionem testati sunt gloriosior q̃ optabilior. Intolerabilibus enim oneribus ciuitatem eorum implicanti / si quid morte grauius imperare perseueraret / mortem se prelaturos responderunt.

Ec parum graue Spartani cuiusdam dictum. siquidem nobilitate et sanctitate prestans / et in petitione magistratus victus / maxime sub leticie esse predicauit / q; aliquos patria sua se meliores viros haberet / quo sermone repulsam honori adequauit. ¶ Ca. v. de Iusticia.

Empus est iusticie quoq; sancta penetralia adire. in quibus semper equi ac probi facti respectus religiosa cum obseruatione versatur / et vbi studium verecundie / cupiditas rationi cedit. nichilq; vtile quod parum honestū videri possit ducitur. Eius autem precipuum et certissimum inter omnes gētes nostra ciuitas exemplum est.

Amillo consule Faliscos circunsedēte / magister ludi plurimos et nobilissios īde pueros (velut amādi gratia) eductos

in castra Romanorum perduxit. Quibus interceptis / non erat dubium quin Falisci (deposita belli gerendi pertinatia)redituri se nostro imperatori essent. Ea re senatus censuit / vt pueri vinctum magistrum virgis cedentes / in patriam remitterentur. Qua iusticia animi eornm sunt capti / quorũ menia expugnari non poterãt. Namqꝫ Falisci beneficio magis q̄ armis victi / portas romanis aperuerunt.

Eadem ciuitas aliquotiens rebellando / semperqꝫ aduersus contusa preliis / tandē se Q. lucatio consuli dedere coacta ē. aduersus quam seuire cupiens. p.r. postq̄ a Papirio (cuius manu iubente cōsule verba deditionis scripta erant) doctus est / Faliscos non potestati / sed fidei se romanorum commisisse / omnem iram placida mente deposuit pariterqꝫ et viribus odii non sane facile vinci assuetis / et victorie obsequio que promptissime licentiam subministrat / ne iusticie sue deesset obstitit.

Idem cum Publius Claudius Camerinos ductu atqꝫ auspiciis suis captos sub hasta vendidisset / etsi erarium pecunia fines agris auctos animaduertebat / tamen quod parum liquida fide id gestum ab imperatore videbatur / maxima cura conquisitos redemit. hisqꝫ habitandi gratia locum in auentino assignauit / et predia restituit. pecuniam etiam nō ad curiam / sed ad sacraria edificanda sacrificiaqꝫ facienda tribuit / iusticieqꝫ promptissimo tenore effecit / vt exicio suo letari

posſent; quia ſic renati erant.

MEnibus noſtris et finitiuis regionibus que adhuc retuli quod ſequitur per totum terrarum orbem manauit.

Himocares ambracienſis Fabricio conſuli pollicitus eſt ſe Phirrum veneno per filium ſuum qui poconibus eius preerat necaturum. ea res cum ad ſenatum eſſet delata; miſſis legatis Phirrum monuit; vt aduerſus huiuſce generis inſidias cautius ſe gereret. Memor vrbem a filio Martis cōditam; armis bella non venenis gerere debere. Thimocareſ autem nomē ſuppreſſit. Vtroq; modo equitatem amplexus quia nec hoſtem malo exemplo tollere; neq; eum qui bene mereri paratus fuerat prodere voluit.

SVmma iuſticia in quatuor quoq; tribunis plebis eodem tempore conſpecta eſt. nam cum L. aretino ſub quo duce aciem noſtram apud ferruginem a Volſcis inclinatam cū ceteris equitibus correxerant; diem ad populum. l. hortēſius collega eorum dixiſſet; pro roſtris iurauerunt in ſqualore ſe eſſe quoad imperator ipſorum reus eſſet futurus. nō ſuſtinuerunt enim egregii iuuenes cuius armati periculum vulneribus et ſanguine ſuo defenderant; eius togati vltimū diſcrimen poteſtatis inſignia retinentes ītueri. qua iuſticia mota contio Hortenſium ab actione deſiſtere coegit. nec aliter ſe eo facto quod ſequitur exhibuit.

Vm Tiberius gracchus et Ca. claudius (ob nimis ſeuere

q

gestam censuram) maiorem partem ciuitatis exasperasent: diem his. Publius. Popilius tri. ple. perduellionis ad populum dixit: preter communem consternationem priuata etiam ira accensus: quia necessarium eius rutilium ex publico loco parietem demolliri iusserant. Quo in iuditio prime classis permulte centurie Claudium aperte damnabant. de gracchi absolutione vniuerse consentire videbatur. Qui clara voce iurauit: si de collega suo grauius esset iudicatum: in factis se paribns eandem penam cum illo exilii subiturum. eaque iusticia tota illa tempestas ab vtriusque fortunis ex capite depulsa est. Claudium enim populus absoluit. Graccho cause ditionem Popilius remisit.

Agnam laudem et illud collegiū tribunorū tulit: quod cum vnus ex ea. L. cotta fidutia sacrosancte potestatis creditoribus suis satis facere nollet: decreuit: si neque solueret pecuniam: neque cum quo sponsio fieret: se appellantibus eum creditoribus auxilio futurum. iniquum ratum maiestatem publicam priuate perfidie obtentui esse. Ita Cottam in tribunatu quasi in aliquo sacrario latentem: tribunicia inde iusticia extraxit.

Vius. vt ad alium eque illustrem actum transgrediar: Cn. Domicius tribunus plebis Marcum Scaurum principem ciuitatis in iudicium populi deuocauit. Vt si fortuna

aſpiraſſet ruinā! ſin minus! certe ipſa obtrectatione ampliſ-
ſimi viri incrementum claritatis apprehenderet. Cuius op-
primendi cum ſummo ſtudio flagraret! ſeruus Scauri noc
tu ad eum peruenit !inſtructurū ſe eius accuſationem mul-
tis et grauibus domini criminibus promittens. erat in eodē
pectore inimicus! et domicius! et dominus! diuerſa eſtimati
one nefarium iudicium perpendens. iuſticta vicit odiū. Cō
tinuo enim et ſuis auribus obſeratis! et iudicis ore clauſo!
duci eum ad ſcaurum iuſſit. accuſatorē etiam reo ſuo ne di-
cam diligendum certe laudendum. quem populus tum pro
pter alias virtutes! tum hoc nomine libentius! et conſulem
et cenſorem et pontificem maximum fecit.

NEc alter L. craſſus in eodē loco iuſticie experimento geſ
ſit. Cn. Carbonis nomen infeſto animo vtpote inimiciſſimi
ſibi detulerat. ſed tamen ſcrinium eius a ſeruo allatum! ad
ſe complura cōtinens quibus facile opprimi poſſet! vt erat
ſignatum cum ſeruo cathenato ad eum remiſit. Quo pacto
igitur inter amicos viguiſſe tūc iuſticiam credimus! cū īter
accuſatores quoq; et reos tantū viriū obtinuiſſe videamus?

Am L. Sylla nō ſe tā īcolumē ꝙ̄ ſulpiciū rufum perditū
voluit! tribunitio furore eius ſine vllo fine vexatus. ceterū
cum eū proſcriptum et ī villa latentem a ſeruo proditū cō-
periſſet! manumiſſum parricidā (vt fides edicti ſui extaret)

precipitari protinus saxo tarpeio / cum illo scelere parto pi
leo iussit. victor alioquin insolens / hoc ĩperio iustissimus.
VErum ne alienigene iusticie obliti videamur / Pictacus
mitilenus cuius aut meritis tantum ciues debuerunt / aut
moribus crediderunt / vt ei suffragiis tyrannidem deferrẽt
tamdiu illud imperium sustinuit / q̃diu bellũ de Sigeo cum
atheniensibus gerendum fuit. Postq̃ autẽ pax victoria par
ta est / continuo reclamantibus mitilenis deposuit ne domi
nus ciuiũ vltra quã rei publice necessitas exegerat / perma
neret. Atq̃ etiam cum recuperati agri dimidia pars consẽsu
omniũ sibi offerretur / auertit animũ ab eo munere / defor
me iudicans virtutis gloriam magnitudine prede minuere.
Alterius nunc michi prudentia referenda est / vt alterius
representari iusticia possit. Cum saluberrimo consilio The
mistocles migrare athenienses in classem coegisset / xerseq̃
et copiis eius grecia pulsis / ruinas patrie in pristinum habi
tum reformaret / et opes clandestinis molitionibus ad prin
cipatum grecie capescendum nutriret / in conditione dixit.
habere se rem deliberatione sua prouisam / quam si fortuna
ad effectum perduci passa esset / nichil maius aut potentius
atheniensi populo futurum / sed eã vulgari nõ oportere. Po
stulauitq̃ vt aliquis sibi cui illam tacite exponeret daretur.
datus est Aristides. Is postquam recognouit classem illam

Lacedemoniorum que tota apud Githeū subducta erat velle incendere! vt ea consumpta dominatio maris ipsis cederet processit ad ciues et retulit Themistoclem vt vtile consiliū ita minime iustum animo voluere. euestigio vniuersa cōtio quod equum non videretur! non expedire quidem prolamauit. ac protinus Themistoclem incepto iussit desistere.

Ichil illis etiam iusticie exemplis fortius! zalenchus vrbe Locrensiū a se saluberrimis atq; vtilissimis legibus munita! cum filius eius adulterii crimine dampnatus! secundū ius ab ipso constitutum vtroq; oculo carere deberet! Ac tota ciuitas in honorem patris necessitatem pene adolescentulo remitteret! aliquandiu repugnauit. ad vltimum populi precibus euictus! suo prius/ deinde filii oculo eruto! vsum videndi vtrisq; reliquit. Ita debitum supplicii modum legi reddidit! equitatis admirabili tēperamēto se īter misericordē patrem! et iustum legislatorem partitus.

SEd aliquanto Tarūde tyrii prefactior et abcisior iusticia ad vim et cruorem vsq; sediciosas contiones ciuium pacauerat lege cauendo! vt si quis eas cum ferro intrasset! continuo interficeretur. Interiecto deinde tempore e longinquo rure gladio cinctus! domum repetens! subito in dicta contione! sicut erat ī eā processit. ab eoq; qui proxime cōstiterat solute a se legis sue admonitus! idē inquit ego illam sauciam

ac protinus ferro quod habebat destricto incubuit. Cunque licere culpam vel dissimulare vel errore defendere: penā tamen representare maluit / ne qua fraus iusticie fieret.

Capitulum sextum De fide publica.

CVius imagine ante oculos posita: venerabile fidei numen dexteram suam certissimum salutis humane pignus ostentat. quam semper in nostra ciuitate viguisse et omnes gentes senserunt: et nos paucis exemplis recognoscamus.

CVm Ptolomeus rex tutorem. p.r. filio reliquisset: senatus M. emilium lepidum pontificem maximum bis consulem ad pueri tutelam gerendam Alexādriam misit. amplissimique et integerrimi viri sanctitatem.r.p. vsibus et sacris operatam externe procurationi vacare voluit: ne fides ciuitatis nostre frustra petita existimaretur. cuius beneficio regia incunabula conseruata pariter ac decorata: incertū Ptolomeum reddiderunt. patris ne fortuna magis: an tutoris maiestate gloriari deberet.

Peciosa illa quoque romana fides. ingenti penorum classe circa Siciliam deducta: duces eius fractis animis cōsilia petende pacis agitabant. Quorum dux Amilcar ire se ad cōsules negabat audere: ne eodem modo cathene sibi inicerētur: quo ab ipsis Cornelio asine consuli fuerant iniecte. Hanno aūt certior romani animi estimator: nichil tale timendum

H

ratus maxima cum fidutia ad colloquium eorum tetendit. Apud quos cum de fine belli ageret / et tribunus militum ei dixisset / posse illi merito euenire quod cornelio accidisset. vterq; consul tribuno iacere iusso / isto te inquit Haimo me tu fides ciuitatis nostre liberat. claros illos fecerat tantū hostium ducem vincere potuisse / sed multo clariores fecit noluisse. Aduersus eosdem hostes parem fidem in iure legationis tuendo patres conscripti exhibuere.

M. Emilio enim lepido. L. Flaminio consulibus. L. minutiū. et. L. manliū Cartaginēsiū legationi (quia manus his attulerāt) per feciales Claudio pretori dedendos curauerūt. sed tūc senatus nō eos quibus hoc prestabatur aspexit.

Vius exemplum superior africanus secutus / cum onustam multis ex illustrium cartaginensium viris nauem in suam potestatem reddegisset / inuolutam dimisit / quia se legatos ad eum missos dicebant / tametsi manifestū erat illos vitandi presentis seculi gratia / falsum legationis nomē amplecti / vt romani imperatoris potius decepta fides / quam frustra implorata iudicaretur.

RE presentemus etiā illud senatus nullo modo pretermittendū opus. Legatos ab vrbe appollonia Romam missos / Q. Fabius et. C. apronius ediles orta cōtētione pulsauerūt. quod vbi cōperit cōtinuo eos per feciales legatis dedit. questoreq; cū his brūdusiū ire iussit ne quā ī itinere a cognatis

q

deditorum iniuriam acciperent. Illam curiam mortalium quis consilium? an non fidei templum dixerit? quam vt ciuitas nostra semper benignam prestitit: ita in sociorum quoque animis constantem cognouit.

Post duorum in Hispania Scipionum totidemque Romani sanguinis exercituum miserabilem stragem / Saguntini victricibus Hannibalis armis intra menia vrbis sue cōpulsi: cum vim punicam vlterius nequirent arcere: collatis in forum que vnicuique erant carissima: atque vndique circundatis succensisque ignis nutrimētis: ne a societate nostra desisterēt: publico et comuni rogo semetipsos superiecerūt. Crediderim tunc ipsam fidem humana negotia speculantem: mestum gessisse vultum: perseuerantissimum sui cultum inique fortune iudicio tam acerbo exitu dampnatum cruentem.

IDem prestando Petilini: eundem laudis honorem meruerunt. Ab Hannibale (quia deficere ab nostra amicicia noluerunt) obsessi: legatos ad senatum auxilium implorantes miserunt. Quibus propter recentem Cannensem cladē succurri non potuit. Ceterum permissū est eis vt facerēt quod vtilissimū incolumitati ipsorum videretur. liberū ergo erat Cartaginēsiū gratiā āplecti. illi tamē feminis oīque etate ībecilli vrbe egesta. quo tutius armati famē traherēt: pertinacissime in muris constiterunt. Expirauitque prius eorū tota cīitas: quā vlla ex parte respectū romāe societatis deposuit. Itaque

Mali fecerunt

Hannibali nō Petiliam : sed fidū Petilie sepulchrū capere contigit.

De fide vxorū erga viros. Ca. vii.

Tq; vt vxoriam quoq; fidem attingamus : Tertia emilia africani prioris vxor : mater Cornelie matris gracchorum : tante fuit comitatis et patientie : vt cum sciret viro suo ancillulā ex suis gratam esse dissimulauerit : ne domitorem orbis africanum femina magnum virum impatientie reum ageret. Tantūq; a vindicta eius mens abfuit : vt post mortem africani manumissam ancillam in matrimonium liberto suo daret.

Q. Lucrecium proscriptum à triumuiris : vxor turia inter cameram et tectum cubiculi abditum : vna conscia ancillula ab imminente exicio non sine magno periculo suo tutū prestitit. singulariq; fide id egit : vt cum ceteri proscripti in alienis et hostilibus regionibus per summos corporis et animi cruciatus vix euaderent : ille in cubiculo et in coniugis sinu salutem retineret.

Vlpicia autem cum a matre iulia diligentissime custodiretur ne lentulum crustellionem virum suum proscriptum a triumuiris i Siciliam prosequeretur : nichilominus familiari veste sumpta : cum duabus ancillis totidemq; seruis ad eum clandestina fuga peruenit. nec recusauit seipsam proscribere : vt ei fides sua in coniuge proscripto constaret.

Ca. viii. De Fide seruorum erga dominos.

q

REstat vt seruorum etiam erga dominos quo nimis exspectatam hoc laudabiliorem fidem referamus.

ANtonius auorũ nostrorũ tẽporibus clarissimus orator īcesti reus agebatur. Cuius ī iudicō accusatores seruũ ī questionẽ perseurãtissime postulabãt quod ab eo cũ ad stuprũ iret lanternã prelatã cõtenderẽt. Erat aũt is etiã tũ īberbis. et stabat corã iudice videbatq̈ rẽ ad suos cruciatus pertinere nec tamen eos fugitauit. Ille vero vt domũ quoq̈ ventũ est Antoniũ hoc noīe vehemẽtius cõfusũ et sollicitũ vltro ẽ hortatus vt se iudicibus torquẽdũ traderet affirmãs nullũ ore suo verbũ exiturũ quo causa eius lederetur. ac proxime idẽ mira patiẽtia prestit. Plurimis enī laceratus verberibus eculeoq̈ īpositus cãdẽtibus etiã laminis vstus oẽm vī accusationis custodita rei salute subuertit. Argui fortũa merito potest q̈ tã piũ et tã fortẽ spiritũ seruili nomine inclusit.

COnsularẽ ergo Ca. mariũ Prenestine obsidionis miserabilem exitum sortitum cuniculi latebris frustra euadere conatũ leuiq̈ vulnere (a celestīo cũ quo cõmori destinauerat) perstrictũ seruus suus (vt Sillane crudelitatis expertẽ faceret) dominũ gladio traiectũ interemit cum magna premia sibi propoītã videret si eũ victoribus tradidisset. Cuius dextere tã oportunũ ministeriũ nichil eorũ pietati cedit a quibus salus domīorũ protecta ẽ qz eo tẽpore Mario nõ vita

ſed mors in beneficio repoſita erat.

EQue illuſtre quod ſequitur. Caius Gracchus ne in pote ſtate inimicorum perueniret/ Philocrati ſeruo ſuo ceruices incidendas prebuit. Quas cum celeri ictu abſcidiſſet/ gladiū cruore domini madentem/ per ſua egit precordia. Eū porū alii hunc vocitatum exiſtimant. Ego de nomine nichil diſpu to. famularis tantūmodo fidei robur admiror. cuius ſi pre ſentia animi generoſus iuuenis imitatus fuiſſet/ ſuo nō ſer ui beneficio imminentia ſupplicia vitaſſet. Nunc commiſit vt Philocratis/ q̄ gracchi cadauer ſpecioſius iaceret.

Lia nobilitas/ alius furor/ ſed fidei par exemplum. Pin darus Caſſium Phillippenſi prelio victū/ nuper ab eo ma numiſſus/ iuſſu ipſius obtruncatum/ inſultationi hoſtium ſubtraxit. ſeq̄ e conſpectu hominum volūtaria morte abſtu lit/ ita vt ne quidē corpus eius aſſumpti īueniretur. Quis deorum grauiſſimi ſceleris vltor illam dexteram que in ne cem patrie parentis exarſerat/ tanto corpore illigauit/ vt ſe tremebunda Pindari gennibus ſūmiteret/ ne publici parri cidii quas merebatur penas/ arbitrio pie victorie exſolue ret? Tu profecto tunc diue iuli celeſtibus tuis vulneribus debitam exegiſti vindictam/ perfidum erga te caput ſordidi auxilii ſupplex fieri cogendo/ eo animi eſtu compulſum/ vt neq̄ retinere vitam vellet/ neq̄ finiri ſua manu auderet.

A Diūxit ſe his cladibus. C. Plotinus Plancus Numātii

planci conſularis et cenſorii frater . Qui cum a triumuiris
proſcriptus / in regione Salernitana lateret / delicatiore vite
genere et odore vnguenti occultam ſalutis cuſtodiam dete
xit . Iſtis enium veſtigiis eorum qui miſeros perſequeban
tur ſagax inducta cura / abditum fuge eius cubile odorata ē
A quibus comprehenſi ſerui latentes / multumq̧ ac diu tor
ti / negabant ſe ſcire vbi dominus eſſet . Non ſuſtinuit deīde
Plancus tam fideles / tamq̧ boni exempli ſernos / vlterius
cruciari . ſed proceſſit in medium iugulumq̧ gladiis militū
obiecit . quod certamen mutue beniuolentie arduū dignoſci
facit / vtrum dignior dominus fuerit qui tam conſtantē ſer
uorum fidē experiretur / an ſerui qui tam iuſta domini miſe
ricordia queſtionis ſeuicia liberarentur .

Vid Vrbini Panopionis ſeruuus ? q̃ admirabilis fidei ?
Qui cum ad dominum proſcriptum occidendum domeſtico
rum indicio certiores factos milites in Reatinam villā veiſ
ſe cognouiſſet / commutata cum eo veſte / permutato etiam
annulo / illum poſtico clā emiſit . Se autem in cubiculum ac
lectulū recepit . Et vt Panopionem occidi paſſus eſt . Breuiſ
huius facti narratio / ſed nō parua materia laudationis . nam
ſi quis āte oculos ponere velit ſubitū militū accurſū / cōuul
ſa ianue clauſtra / minacē vocē truces vultus / fulgētia arma
reuera eſtiacōem proſequetur . nec q̃ cito dicitur aliquē pro
alio mori voluiſſe tā id ex facili etiā fieri potuiſſe mirabitur

Panopio autem quantum seruo deberet / amplum ei facien do monumentum / ac testimonium petatis grato titulo red=dendo confessus est.

Contentus essem huius exemplis generis / nisi vnum me dicere admiratio facti cogeret. Antius restio proscriptus a triumuiris / cum omnes domesticos circa rapinam et predā occupatos videret / q̄ maxime poterat dissimulata fuga se pe natibus suis intēpesta nocte subduxit. cuius furtiuū egres=sum seruus ab eo vinculorum pena cohercitus / īexpiabiliq; litterarum nota per summā oris contumeliam inustus / cu=riosis speculatus oculis ac vestigia huc atq; illuc errantia be niuolo studio subsecutus / lateri voluntarius comes arrepsit Quo quidem tam exquisito tam ancipiti officio / perfectissi mum expectate pietatis cumulum expleuerat. his enī quo=rum felicior in domo status fuerat lucro intentis / ipse tamē nichil aliud q̄ vmbra et imago suppliciorum suorum / maxi mū esse emolumentū eius a quo tam grauiter punitus erat salutem iudicauit. Cumq; abūde foret irā remittere / adiecit etiā caritatē / nec hactenus beniuolentia / sed processit ī eo cō seruando mira quoq; arte vsus est. Nam vt sensit cupidos sanguinis milites superuenire / amoto domīo rogum extru xit. eiq; egentem a se comprehensum et occisum senem super iecit. Interrogantibus deīde militibus vbinā esset Antius & manū rogo intētās / ibi illū (datis sibi crudelitatis piaculis)

vri respōdit. Quia verisimilia loquebatur: habita est voci fides. quo euenit: vt Antius statim querende incolumitatis occasionem assequeretur.

Capitulum nonum. De mutatione morum aut fortune.

Vltum animis hominum / et fidutie adicere et solicitudinis detrahere potest: morum ac fortune in claris viris recognita mutatio: siue nostros status / siue proximorum īgenia contemplemur Nam cum aliorum fortunas spectando: et ex conditione abiecta atq3 contempta emersisse in claritatem videamus: quid aberit quin et ipsi meliora de nobis semper cogitemus? memores stultum esse perpetue īfelicitatis se dampnare. speq3 que etiam incerta recte fouetur / interdum certam in desperationem conuertere.

MAnlius torquatus adeo ebetis atq3 obtusi cordis inter inicia iuuente existimatus: vt a patre L. manlio amplissimo viro (quia et domesticis et rei publice vsibus inutilis videbatur) rus relegatus: agresti opere fatigaretur. postmodū patrem reum iudiciali periculo liberauit. filium victorem (q͂ aduersus imperium suum cum hoste manum conseruerat) securi percussit. patriam latino tumultu fessam: speciosissimo triumpho recreauit. In hoc credo fortune nubilo adolescentie contemptu perfusus: quo senectutis eius decus lucidius enitesceret.

SCipio autem africanus superior quē dii immortales na
sci voluerunt / vt esset in quo virtus se per omnes numeros
hominibus efficaciter ostēderet / solutioris vite primos ado
lescentie annos egisse fertur / remotos quidem a luxurie cri
mine / sed tamen punicis tropheis deuicte Cartaginis cerui
cibus imposito iugo teneriores.

.quoq; valerius flacus / secundi punici belli temporibus
luxu perditam adolescentiam inchoauit . Ceterum a Licinio
Pontifice maximo flamen factus / quo facilius a viciis rece
deret / ad curam sacrorum et cerimoniarum conuerso animo
vsus duce frugalitatis religione / quantum prius luxurie fu
erat exemplum / tantum postea modestie et sanctitatis speci
men euasit.

NIchil Quinto fabio maximo qui gallica victoria cogno=
men Allobrogi sibimet ac posteris peperit / adolescente ma=
gis infame / nichil eodē sene ornatius aut speciosius illo se=
culo nostra ciuitas habuit.

Vis ignorat Quinti catuli auctoritatem in maximo cla=
rissimorum virorum prouectu excelsum gradum obtinuis=
se / cuius si superior etas reuoluatur / multi lusus / multe de
licie reperiantur . que quidem ei impedimento non fuerūt /
quominus patrie princeps existeret . nomenq; eius in capito
lino fastigio fulgeret . ac virtute ciuile bellum ingēti motu
oriens / sepeliretur.

L. Vero silla usque ad questure sue comitia vitam libidine vino / ludicre artis amore inquinatam perduxit. Quapropter Ca. marium consulem moleste tulisse traditur / quod sibi asperrimum in africam bellum gerenti / tam delicatus questor sorte obuenisset. Eiusdem virtus (quasi perruptis et disiectis nequitie qua obsidebatur claustris) cathenas iugurthe manibus iniecit. Mitridatem compescuit / socialis belli luctus repressit / Cinne dominationem fregit / eumque qui se in Africa questorem fastidierat / ipsam illam prouinciam proscriptum et exulem petere coegit. Que tam diuersa tamque inter se contraria / si quis apud animum suum attentiore comparatione expendere velit / duos in vno homine Sillas fuisse crediderit / turpem adolescentulum / et virum / dicerem fortem nisi ipse felicem se appellari maluisset. atque vt nobilitatis beneficio penitentie seipsum admonite resipiscere / ita altiora (modo suo) sperare ausos subtexamus.

Titus Aufidius cum asiatici publici exiguam admodum particulam habuisset / postea totam asiam pro consulari imperio obtinuit. nec indignati sunt socii eius parere fascibus / quem aliena tribunalia adulantem viderant. gessit etiam se integerrime atque splendidissime. eoque modo demostrauit pristinum questum suum fortune / presens vero dignitatis incrementum moribus ipsius imputari debere.

AT Publius rutilius non publicanum in Sicilia egit. sed

operas publicanis dedit. idem vltimā inopiā suā auctorato sociis oficio sustentauit. ab hoc postmodū consule leges vni siculi acceperunt! Acerbissioq; predonū ac fugitiuorū bello liberati sunt. Portus ipsos si quis modo mutis rebus inesset sensus! tantam in eodem homine varietatē status admiratos arbitror. Quem enim diurnas capturas exigentē animaduerterant! eundem iura dantem classesq; et exercitus regentem viderunt.

HVic tanto incremento maius adiciā. Asculo capto! Cn. Pompei magni pater. P. ventidium etate puberem in triūpho suo populi oculis subiecit. Hic est ventidius qui postea rome ex Parthis et per Parthos de crassi manibus in hostili solo miserabiliter iacentibus! triumphum duxit. ita qui captiuus carcerem exhorruerat! victor capitolium felicitate celebrauit. In eodem etiam illud eximiū quod eodem anno p.r. est factus pretor.

Asuum nunc cōtemplemur varietatem. L. lentulus consularis lege Cecilia repetundarum crimine oppressus! censor cum L. censorino creatus est. quem quidem fortuna inter tormenta et dedecora alterna vice versauit! consulatui illius dampnationem! dampnationi censuram subiciendo. et neq; bonis eū perpetuis frui! neq; malis externis ingemiscere patiendo.

HIsdem viribus vti voluit i Cn. cornelio Scipione nasica

Qui consulia penis apud lipparas captus / cum (belli iure) omnia perdidisset / letiore subinde vultu eius adiutus cuncta recuperauit. Consul etiam iterum creatus est. quis crederet illum a duodecim securibus ad Cartaginensiū peruenturum cathenas? Quis rursus existimaret a punicis vīculis ad summi imperii peruenturum insignia? Sed tamen ex consule captiuus / et ex captiuo consul est factus.

Vid Crasso / nonne pecunie magnitudo locupletis nomē dedit? sed eidem postea inopiam turpem decoctoris superlatione immisit. siquidem bona eius a creditoribus (quia solidum prestare non poterat) venierūt. Ita quoqꝫ amara sugillatione non caruit / cum egens ambularet / diues ab occurrētibus salutabatur.

CRassum casus acerbitate. Q. cepio precurrit. Is namqꝫ preture splendore / et triumphi claritate / consulatus decore / maximi pontificis sacerdotio / et senatus patronus diceretur assecutus / in publicis vinculis spiritum deposuit. corpusqꝫ eius funesti carnificis manibus laceratū / in scalis gemoniis iacens / magno cum horrore totius fori romani cōspectū ē.

Am Ca. marius maxīa fortune luctatio est. Omnes enī eius impetus tam corporis ꝙ animi robore fortissime susti nuit. Arpinatibus honoribus iudicatus inferior / questurā rome petere ausus est. patientia deinde repulsarum irrupit magis in curiam ꝙ venit. in tribunatus quoqꝫ et edilitatis

peticõe consimilem campi notam expertus / preture candi=
datus supremo in loco ita hesit / quã tamen non sine pericu
lo obtinuit. ambitus enim accusatus / vix atq egre absolutio
nem ab iudicibus impetrauit. Ex illo mario tam humili ar=
pinate / tam ignobili Rome / tam fastidiendo candidato / ille
marius euasit qui africam subegit / Iugurtham regem ante
currum egit / qui teutonorum Cimbrorumq exercitus de=
leuit. cuius bina trophea in vrbem spectentur. Cuius septẽ
in fastis consulatus leguntur. Cui post exilium consulẽ cre
ari. proscriptoq facere proscriptionem cõtigit. Quid huius
conditione inconstantius aut mutabilius? quem si inter mi
seros posueris / miserrimus. inter felices / felicissimus repe
A. autem cesar cuius virtutes aditum sibi in [illegible] rietur.
celum instruxerunt / inter prime iuuente inicia priuatus
Asiam petens / a maritimis predonibus circa insulam phar
macusam exceptus / quinquaginta se talentis redemit. Par
ua igitur summa carissimum mundi sidus in Pyratico my
orparone rependi fortuna voluit. Quid est ergo quod am=
plius de ea querimus / si nec consortibus quidem diuinitatis
sue parcit. sed celeste numen se ab iniuria vindicauit? Conti
nuo enim captos predones crucibus affixit.

AT tento studio nostra cõmemorauimus / remissiore nũc
animo aliena narrentur. Perdite luxurie Athenis adolescẽs
Polemo / neq illecebris eius tantũmodo sed etiã ipsa ĩfamia

gaudens! cum e conuiuio non post occasū solis sed post or=
tum surrexisset! domumq; reddiens / xenocratis philosophi
patentem ianuam vidisset! vino grauis! vnguētis delibutus
sertis capite redimito! perlucida veste amictus! refertā tur=
ba doctorum hominum scolam eius intrauit. nec contentus
tam deformi introitu! consedit etiam! vt clarissimū eloquiū
et prudentissima precepta temulentie laciuiis eleuaret. orta
deinde vt par erat omnium indignatione! xenocrates vultū
in eodem habitu continuit. (omissaq; re quam disserebat) de
modestia ac temperantia loqui cepit. cuius grauitate sermo
nis resipiscere coactus Polemo! primum coronam e capite
detractam proiecit. paulo post brachium intra pallium redu
xit. procedente tempore! oris conuiuialis hilaritatem depo=
suit. ad vltimum totam luxuriam exuit. Vniusq; orationis
saluberrīa medicina sanatus! ex infami ganneone maximus
philosophus euasit. peregrinatus est huius animus ī nequi
cia non habitauit.

Iget Themistoclis adolescentiam attingere! siue patrē
aspiciam abdicationis iniungente notam! siue matrem sus
pendio finire vitam propter filii turpitudinem coactam. cū
omnium postea Grai sanguinis virorum clarissimus extite
rit. mediumq; europe et asie (vel spei! vel desperationis) pig
nus fuerit. Hec enim eum salutis sue patronum habuit.
illa vadem victorie assumpsit.

II

SImonis vero incunabula opinione stulticie fuerunt referta. eiusdem stulticie imperia salutaria Athenienses senserunt. Itaq coegit eos stuporis semetipsos dāpnare: qui eū stolidum crediderant.

Am alcibiadem quasi due fortune partite sūt. Vna: que ei nobilitatem eximiam: abundantes diuitias: formam prestantissimam: fauorem ciuium perpēsum: summa imperia: precipuas potentie vires: et flagrantissimum ingeniū assignaret. altera: que dominationem: exilium: venditionem bonorum: inopiam: odium patrie: violentam mortem infligeret. ne aut hec aut illa vniuersa: sed varia: perplexa: freto atq estui simillima.

AD inuidiam vsq policratis Samiorum tiranni abundantissimis bonis: conspicuus vite fulgor excessit. nec sine cā. omnes enim conatus eius placido exipiebantur itinere. spes certum cupite rei fructum apprehendebat. vota nuncupabātur simul et soluebantur. velle ac posse in equo positū erat. semel dumtaxit vultum mutauit: perq breuis tristicie scalebra succussum. tunc: cum admodum gratum sibi annulum de industria in profundū (ne omnis incomodi expers esset) abiecit. quem tamen continuo recuperauit / capto pisce qui eum deuorarat. sed hunc cuius felicitas semper plenis velis prosperum cursum tenuit: Orontes Darii regis prefectus in excelsissimo Micalensis mōtis vertice cruci affixit: E qua

putres eius artus/et tabido cruore manantia membra/ atq illam leuam cui Neptunus anulū piscatoris manu restitue=rat situ marcidam. Samos amara seruitute aliquandiu pressa/liberis ac letis oculis respexit.

DIonisius autem cum hereditatis nomine a patre Siracusanorum ac pene totius Sicilie tirannidem accepisset / maximarum opum dominus/ exercituum dux/rector classium/ equitatum potens/ propter inopiam litteras puerulos Chorinthi docuit. eodemq tempore tanta mutatione maiores natu(ne quis nimis fortune credat) magister ludi factus ex tyranno monuit.

Equitur hunc Syphax rex consimilem fortune iniquitatem expertus. quem amicum hic roma per scipionem / illic carthago per hasdrubalem vltro petitum / ad penates deos eius venerat. Ceterum eo claritatis euectus/ vt validissimorum populorum tantum non arbiter victorie existeret/ parui temporis interiecta mora/cathenatus a lelio legato ad scipionem imperatorem pertractus est. Cuiusq dexteram re=gio insidens solio arroganti manu attigerat / eius genibus supplex procubuit.

CAduca nimium et fragilia puerilibusq consentanea crepundiis sunt ista/que vires atq opes humane vocantur/ affluunt subito/repente dilabūtur Nullo in loco nulla i persona stabilibus nixa radicibus cōsistunt. sed incertissimo flatu fortune huc atq illuc acta/ quos

sublime extulerūt / īprouiso recursu destitutos / profundo cladiū miserabiliter īmergūt. Itaq̄ neq̄ existiari neq̄ dici debēt bona / que vt inflictorū malorū amaritudīe desideriū sui duplicāt.

Valerii Maximi liber sextus desinit.

Tituli Septimi libri. De Felicitate. ca. primū. Sapiēter dicta aut facta. ca. ii. Vafre dicta aut facta. ca. iii. Strategemata. ca. iiii. De repulsis. ca. v. De necessitate. ca. vi. De testamētis que recisa sūt. ca. vii. De testamētis que rata māserūt cū causas haberēt cur rescidi possēt. ca viii. Que aduersus opiniones hominū heredes hūerunt ca. ix.

Capitulū primū De Felicitate.

Olubilis fortune cōplura exēpla retulimus. cōstātis propicie admodū pauca narrari possunt. Quo patet eā aduersa res cupido aīo īfligere. secūdas parco tribuere. eadē vbi malignitatis obliuisci sibi īperauit / nō solū plurima ac maxīe / sed etiā perpetua bōa congerit. Videamus ergo quot gradibus beneficiorū Q. metellū a primo origīs die ad vltimū vsq̄ fati tēpus nūq̄ cessāte īdulgētia / ad sūmū beate vite cumulū perduxit Nasci eū ī orbe terrarū principē voluit. parētes ei nobilissimos dedit. adiecit animi rarissimas dotes. et corporis vires / vt sufficere laboribus possēt. Vxorē pudicicia et fecūditate cōspicuā / cōsiliauit. Cōsulatus decus. īperatoriā ptātem. spe

ciossimi triūphi pretextū largita ē. fecit! vt eodē tēpore tres filios cōsulares. vnū etiā censoriū triūphalē. et quartū preto riū videret. vtqȝ tres nuptū daret. earūqȝ sobolē sinu suo ex ciperet. Tot partus tot īcunabula. tot viriles toge. tā multe fasces. honorū īperiorū! oīs deniqȝ gratulationis sūma abū dātia. cū īterī nullū funus. nullus geītus/nulla cā tristicie. Celū cōtēplare! vix tū ibi talē statū reperies. quoniāquidem luctus et dolores! deorū quoqȝ pectoribus a maxīs vatibus assignari videmus. hūc vite actū eius cōsētaneus finis exe= pit. Nāqȝ metellū vltime senectutis spacio defūctū! leniqȝ ge nere mortis īter oscula et cōplexus carissiorū pignorū extīc tū! filii et generi humeris suis per vrbē latū rogo imposue

Lara hec felicitas! obscurior illa/sed diuino splē runt. dore preposita. Cum enim Gyges regno Lydie armis et di uitiis abundantissimo inflatus animo! Appollinem phitiū scissitatum venisset an aliquis mortalium se esset felicior? 125 Deus ex abdito sacrarii specu voce missa Agalaum Sephi dium ei pretulit. Is erat Archadum pauperrimus! sed eta te iam senior. Terminos Agelli sui nunquam excesserat! paruuli ruris fructibus ac voluptatibus contentus. Verū beate profecto vite finem Apollo! non adumbratū oraculi sagacitate complexus est. Quocirca insolerter fulgore for tune sue glorianti! respondit! magis se probare securitate ridens tugurium! ꝙ tristem curis et sollicitudinibus aulam

paucasq; glebas pauoris expertes ! q̄ pinguissia Lidie arua metu referta . et vnum aut alterum iugum boum facilis tu tele ! q̄ exercitus et arma et equitatum voracibus impensis honerosum. et vsus necessarii horreolum nulli nimis appe tendum q̄ thesauros omnium insidiis et cupiditatibus expo sitos . Ita gyges dum ad stipulatorem vane opinionis deū habere concupiuit ! vbinam solida et sincera esset felicitas di dicit.

Sapienter dicta aut facta. Ca. secundum

NVnc id genus felicitatis explicabo . quod totum ī habitu animi cōsistit. nec votis petitur sed ī pectoribus sapientia preditis natū ! dictis factisq; prudentibus enitescit .

Appiū claudiū crebro solitū dicere accepimus ! negociū. p. romano melius q̄ ociū cōmitti. nō q̧ ignoraret q̄iocūdus transquilitatis status esset ! sed q̧ aīaduerteret prepotentia īperia agitatione rerum ad virtutem capescendam exitari. nīmia quiete in desidiam resolui. et sane negotiū noīe horri dum ciuitatis nostre mores in suo statu continuit blāde ap pellationis quies plurimis viciis respersit.

SCipio vero africanus turpe esse aiebat ! ī re militari dicere nō putaram. videlicet qz explorato et excusso cōsilio que ferro agūtur ! administrari oportere arbitrabatur sūma rōe Inemēdabilis ē enī error ! qui violentie Martis cōmittitur. IDem negabat aliter cum hoste cōfligere debere ! q̄ aut si

occasio obuenisset aut necessitas incidisset. Eque prudenter Nam et prosperam gerende rei facultatem obmittere : maxima dementia est. et angustias vtiq pugnandi compulsum abstinere se prelio : pestifero ignauie affert exitum. Eorumq qui ista committunt : alter : beneficio fortune vti. alter : iniurie nescit resistere.

Q. quoq metelli tum grauis : tum etiam alta in senatu sententia. Qui deuicta cartagine nescire se illa victoria boni ne plus : an mali rei publice attulisset asseuerauit. Quonam vt pacem restituendo profuisset : ita hannibalem summouendo non nichil nocuisset. Eius enim transitu in italiam / dormientem iam po. ro. virtutem exitatam. metuiq debere ne acri emulo liberata in eundem somnū reuolueretur. In equo igitur malorum posuit vri tecta : vastari agros : exhauriri erarium : et prisci roboris neruos hebetari.

Quid illud factum Licinie fimbrie consularis q̄ sapiens. a M. Luctatio pinthia splendido equite Romano iudex additus desponsione quā is cū aduersario quod vir bonus esset fecerat : nunquam id iudicium pronunciatione sua finire voluit. ne aut probatum virum si contra eum iudicasset : fama spoliaret : aut iuraret virum bonum esse : cum ea res īnumerabilibus laudibus contineatur. forensibus hec. illa militaribus stipendiis prudentia exhibita.

P. Apirius cursor cōsul cum Aquiloniā oppugnās preliū

vellet committere: Pullarius non properãtibus auibus op timum ei auspicium renunciasset: de fallatia illus factus certior: sibi quidem et exercitui bonum omen datum credidit. ac pugnam iniit. Ceterum mendacem ante ipsam aciem cõstituit. vt haberent dii. si quid ire conceperant: in cuius capite expirarent. Directum est autem siue casu siue etiam celestis numinis prouidentia: quod primum econtra parte missum erat telum in ipsum Pullarii pectus. eumq; exanimem postrauit. Id vt cognouit consul: fidente animo et inuasit Aquiloniam et cepit. Tam cito animaduertit quo pacto iniuria imperatoris vindicari deberet. Queãdmodum violata relgio expiãda foret. Qua ratione victoria apprehendi posset Egit virum seuerum. consulem religiosum. imperatorẽ strenuum. timoris modum. pene genus. spei viam. vno mentis impetu rapiendo.

NVnc ad senatus acta transgrediar. Cum aduersus Hãnibalem Claudium neronem et Liuium salinatorem cõsules mitteret: eousq; vt virtutibus pares. ita se inimiciciis acerrime inter se dissidentes videret: summo studio in gratiam reduxit. ne propter priuatas dissenssiones rem publicã parũ vtiliter administrarent. quia consimili imperio vbi cõcordia inest: maior aliena opera interpellãdi: q̃ sua edendi cupiditas nascitur. vbi vero etiam pertinax intercedit odium: alter alteri: q̃ vterq; cõtrariis castris certior hostis proficiscitur.

EOsdem senatus cū ob nimis aspere actam censurā a Cn. bebio tr. pl. pro rostris ageretur rei/cause dictione decreto suo liberauit. vacuum omnis iudicii metu cū honorem red dendo/qui exigere debet rationem . non reddere.

Ar illa sapientia senatus/ qua T gracchum tr. pl. agrariam legem promulgare ausum/ morte multauit.

IDem vt secundum legem eius per triumuiros ager populo viritim diuideretur egregie censuit. siquidem grauissime seditionis eodem tēpore et auctorem et causā sustulit.

Vam deinde se prudenter in rege massimissa gessit? Nā cum promptissima et fidelissima eius opera aduersus Carthaginenses vsus esset/ eumq; in dilatando regno auidiorē cerneret/ legem ferri iussit/quā masmisse ab imperio p. ro. solutam libertatem tribueret . Quo facto cum optime meriti beniuolentiam retinuit/ tum mauritanie et Numidie ceterarumq; illius tractus gentium/ nunq̄ fida pace quiescentē feritatem a valuis suis repulit.

TEmpus deficiet domestica narranti. quoniam imperium nostrum non tam robore corporum/q̄ animorum vigore incrementum ac tutelam sui comprehendit. maiore itaq; ex parte romana prudentia in admiratione tacita reponatur. Alienigenisq; huius generis exemplis detur aditus.

SOcrates humane sapientie quasi quoddam terrestre oraculum/ nichil vltra petendum a diis immortalibus ar

bitrabatur: q̄ bona tribuerent. Quia hii demum scirent. quid vnicuiq̄ esset vtile. Nos autē plerūq̄ is votis expetere scimus: quod non impetrasse melius foret. Etenim densissi mis tenebris inuoluta mortalium mens: in q̄ late patentē errorē cecas precationes tuas spargis. diuitias appetis: quis multis exicio fuerunt. honores concupiscis: que complures pessumdederunt. regna tecum ipsa voluis: quorum exitus se penumero miserabiles cernuntur. splendidis coniugiis iicis manus: at hec vt aliquando illustrant: ita nonunq̄ funditus domos euertunt. Desine igitur stulta futuris malorum tuo rum causis quasi felicissimis rebus inhiare. et te totam cele stium arbitrio permitte. quia qui tribuere bona ex facili so lent: etiam eligere aptissime possunt.

Idem expedita et compendiaria via eos ad gloriam perue nire dicebat: qui id agerēt vt quales videri vellent: tales etiā essent. qua quidem predicatione aperte monebat: vt hoīes ipsam potius virtutem haurirent: q̄ vmbrā eius cōsectaren

IDem ab adolescentulo quodam cōsultus vtrū vxo tur rem duceret: an se omnium matrimonio abstineret: respon dit. Vtrū eorū fecisset: acturum penitentiā. hinc te inquit so litudo. hinc orbitas. hinc generis interitus: hinc aggregata heres alienus excipiet. illinc perpetua sollicitudo. contex tus querelarum. dotis exprobratio. affinium graue superci cilium. Garrula socrus lingua. successor alieni matrimonii

incertus liberorum euentus : non passus est iuuenem in cō textu rerum asperarum : quasi lete materie facere delectū.

Idem cum atheniensium scelerata dementia tristem de capite eius sententiam tulisset : fortiqꝫ animo et constanti vultu potionem veneni e manu carnificis accepisset : admoto iā labris poculo : vxore xantippe inter fletum et lamentatione uociferante innocentem eum periturum : quid ergo inquit nocenti michi mori satius ēe duxisti : Immensā illam sapiētiam . que nec in ipso quidē vite excessu obliuisci sui potuit.

Atque ꝙ prudenter Salon neminem dum adhuc viueret beatum dici debere arbitrabatur : ꝗ ad vltimum vsqꝫ fati diem ancipiti fortune subiecti essemus . Felicitatis igitur humane appellationem rogus consumat : qui se incursui malorū obicit.

Idem cum ex amicis quendam grauiter merentem videret : in arcem perduxit : hortatusqꝫ est vt per omnes subiectorum edificiorum partes oculos circūferret . Quod vt factū animaduertit : cogita nunc tecum inquit ꝙ multi luctus sub hiis tectis et olī fuerint et hodie versentur : in sequentibusqꝫ seculis sint habituri . ac mitte mortalium incomoda tanquā propria deflere . Qua consolatione demonstrauit vrbes esse humanarum cladium consepta miseranda.

Idē aiebat si in vnū locū cūcti mala sua cōtulissēt : futurū vt propria deportare domū quā ex cōmūi miseriarū aceruo

portionem suam ferre mallent. Quo colligebat non oporte re nos que fortuitu patiamur / precipue et itollerabilis ama ritudinis iudicare.

Bias autem cum patriam eius Prienem hostes inuasisset omnibus quos modo seuicia belli incolumes abire passa fue rat, preciosarum rerum podere onustis fugientibus / inter= rogatus quid ita nichil ex bonis suis secum ferret ? Ego ve ro inquit bona mea mecum porto. Pectore enim illa gesta= bat / non humeris nec oculis visenda / sed estimanda animo. que domicilio mentis inclusa ; nec mortalium nec deorū ma nibus labefectari queunt. et vt manentibus presto sunt / ita fugientes non deserunt.

Iam Platonis verbis astricta sed sensu preualens senten tia. qui tum demum beatum terrarum orbem futurum pre dicauit / cū aut sapientes regnarēt / aut reges sapere cepissēt.

Rex etiam ille subtilis iudicii / quem ferunt traditum sibi diadema priusq̄ capiti imponeret retentum diu considerasse ac dixisse / o nobilem magisq̄ felicem pannum. quem siquis penitus cognoscat q̄ multis sollicitudinibus et periculis et miseriis sit refertus / nec humi quidē iacentē tollere vellet.

QVid xenocratis responsum ? q̄ laudabile. qui cum maledi co quorumdam sermoni summo silentio interesset / vno ex his querente cur solus lingam suam cohiberet ? quia dixisse me aliquando penituit / tacuisse nunquam.

ARistophanis quoq₃ altioris prudētia est preceptum. qui in comedia introduxit remissum ab inferis Atheniensiū periclem vaticinantem: non oportere in vrbe nutriri leonem. sin autem sit alitus: obsequi ei cōuenire. monet enim vt precipue nobilitatis et concitati ingenii iuuenes refrenentur. nimio vero fauore ac profusa indulgentia pasti: quominus potentiam obtineant ne impediantur. eo quod stultum et inutile sit eas obtrectare vires: quas ipse foueris.

Mirifice etiam Thales. Nam interrogatus an facta hominum deos fallerent: nec cogitata inquit. vt non solū manus sed etiam mētes puras habere vellemus: cum secretis cogitationibus nostris celeste numen adesse credidissemus:

At ne quod sequitur quidam minus sapiēs. Vnice filie pater Themistodem consulebat: vtrum eam pauperi sed ornato: an locupleti parum probato collocaret: cui is malo īquit virū pecunia: q̄ pecuniā viro indigentē. Quo dicto stultum monuit: vt generum potius: q̄ diuitias generi legeret.

Ge Philippi q̄ probabilis epistola. in qua Alexandrum quorumdam macedonum beniuolentiam largitione ad se attrahere conatum: sic increpuit. Que te fili ratio in hanc tā vanam spem īduxit: vt eos tibi fideles futuros existimares quos pecunia ad amorem tui compulisset? A caritate istud pater. Auus vero Philippus maiore ex parte Grecie mercator q̄ victor fuit.

Aristoteles autem Calistenem auditorem suum ad alexã=
drum mittens monuit/cum eo vt nunq̃ aut rarissime / aut
q̃iocũdissime loqueretur / quo scilicet apud regias aures vel
silentio tutior / vel sermone esset acceptior. At ille dum ale=
xandrum Macedonum Persica salutatione gaudentem ob=
iurgat / et ad macedonicos mores inuitum reuocare beniuo
le perseuerat / spiritu carere iussus / seram neglecti salubris
consilii penitentiam egit.

Idem Aristoteles de semetpso in neutram partem loqui
debere predicabat. quoniã laudare se vani / vituperare stulti

Eiusdem est vtilissimum preceptũ / vt voluptates esset
abeuntes consideremus. quas quidem sic ostendendo minu
it. fessas enim penitẽtieq; plenas animis nostris subicit. quo
minus cupide repetantur.

Nec parum prudenter Anaxagoras interroganti cuidam
quisnam esset beatus ? nemo inquit ex hiis quos tu felices
existimas. sed eum in illo numero reperies / qui a te ex mise
riis constare creditur. non erit ille diuiciis et honoribus ha
bundans / sed aut exigui ruris aut / non ambitiose doctrine
fidelis ac pertinax cultor. in secessu / quam in fronte bea=

Demadis quoq; dictũ q̃ sapiens. Nolẽtibus enĩ tior
Atheniensibus diuinos honores Alexandro decerne / videte
inquit ne dum celum custoditis terram amittatis.

Quam porro subtiliter Anacharsus leges aranearũ telis

comparabat. nam vt illas infirmiora animalia retinere: valē tiora transmittere: ita hiis humiles et pauperes constringi: diuites et prepotentes non alligari.

Nichil etiam Agesilai facto sapientius: siquidem cū aduersus rem publicam Lacedemoniorum conspirationem ortā noctu comperisset: Leges lygurgi continuo abrogauit/ que de indemnatis supplicium sumi vetabant. Cōprehensis autem et interfectis sontibus: e uestigio easdem restituit. Atq; vtrunq; simul prouidit: ne salutaris animaduersio vel iniusta esset: vel iure impediretur. Itaq; vt semper esse possent: aliquando non fuerunt.

Sed nescio an Haimonis excellentissime prudentie consilium. Magone enim cannensis pugne exitum senatui Penorum nunciante: inq; tanti successus fidem annulos aureos trium modiorum mensuram explentes fundente qui interfectis nostris ciuibus detracti erant quesiuit an aliquis sotiorum post tantam cladem a romanis defecisset. atq; vt audiuit neminem ad Hannibalem transisse: suasit protinus vt legati romam per quos de pace ageretur/ mitterentur. Cuius si sententia valuisset: neq; secūdo punico bello victa Cartago: neq; tercio deleta foret.

Et Samnites quidem prauas penas consimilis erroris pependerūt: quod Herennii pōtii salutare consiliū neglexerāt. Qui auctoritate et prudentia ceteros prestans: ab exercitu

et duce eius filio ſuo cōſultus quidnam fieri de legionibus romanis apud Furcas caudinas incluſis deberet / inuiolatas dimittendas reſpondit. Poſtero die eadem de re īterrogatus deleri eas oportere dixit. Vt aut maxīo beneficio gratia hoſtium emeretur / aut grauiſſima iactura vires cōfringerētur. Sed improuida temeritas victorum dū vtrāq; partem ſpernit / vtilitatis ſub iugum miſſas in perniciem ſuā accendit.

MVltis et magnis ſapientie exemplis paruulum adiciam / Cretes cum acerbiſſima execratione aduerſus eos quos vehementer oderunt / vti volunt. vt mala couſuetudine delectētur / optant. Modeſto voti genere efficaciſſimum vltionis euentum reperiunt. Inutiliter enim aliquid concupiſcere / et in eo perſeueranter morari / exicio ea dulcedo vicina eſt.

Capitulum terciū Vafre dicta aut facta.

St aliud dictorum factorūq; genus / a ſapientia proximo deflexu ad vafre nomē progreſſum. quod niſi fallacia vires aſſumpſerit / fidem propoſiti non inuenit. laudemq; occulto magis tramite q̄ aperta via petit.

Eruio tullio regnante / cuidam patricie familie in agro Sabino precipue magnitudinis et eximie forme vacca nata eſt. Quam oraculorum certiſſimi auctores in hoc a diis immortalibus editam reſponderunt / vt quiſquis eam Auentinenſi Diane immolaſſet / eius patria totius terrarum orbis

imperium obtineret. Letus eo dominus / bouem summa cū festinatione Rome mactandam in Auentino ante aram diane constituit / sacrificio Sabinis regimen humani generis daturus. de qua re antistes templi certior factus / religionē hospiti intulit / nec prius victīa cederet / q̃ proxima se aqua abluisset. Eoq; alueum Tiberis petente / vaccam ipse immolauit. et vrbem nostram tot ciuitatum tot gentium dominā pio sacrificii furto reddidit.

QVo in genere acuminis ingenii imprimis Iunius brutus referendus est. Nam cum a rege Tarquinio auunculo suo omnem nobilitatis indolem excerpi / interq; ceteros etiā fratrem suum q; vegetioris īgenii erat interfectum animaduerteret / obtusi se cordis esse simulauit / eaq; fallatia maxīas virtutes suas texit. Profectus etiam Delphos cum Tarquinii filiis quos is ad Apollinē phitium muneribus et sacrificiis honorandum miserat aurum deo nomine doni clam cauato baculo inclusū tulit. quia timebat ne sibi celeste numē aperta liberalitate venerari tutum non esset. Peractis deīde mandatis patris / Apollinem iuuenes consuluerunt quisnā ex ipsis Rome regnaturus videretur. at is penes eum summam vrbis nostre potestatem futuram respondit / qui ante omnes matri osculum dedisset. Tunc brutus perinde acsi casu prolapsus / de industria se abiecit. terramq; communem omnium matrem existimans / osculatus est. quod tam vafre

tellturi impressum osculum: vbi libertatem. Bruto primum in fastis locum tribuit.

SCipio quoq superior presidium calliditatis amplexus ē. Ex Scicilia enim petens Africam: cum e fortissimis peditibus Romanis trecentorum equitum numerum cōplere vellet: neq tam subito eos posset instruere: quod temporis angustie negabant / sagacitate consilii assecutus est. Nam his ex iuuenibus quos secum e tota Sicilia nobilissimos et ditissimos sed inermes habebat: trecentos speciosa arma et electos equos q̄celeberrime expedire iussit: velut eos continuo secum ad oppugnandum Cartaginem aduecturus. Qui cū imperio vt celeriter ita longinqui et periculosi belli respectu sollicitis animis paruissent: remittere scipio se illam expeditionem / si arma et equos militibus suis tradere voluissent: edixit. rapuit conditionem imbellis ac timida iuuētus instrumētaq sua cupide nostris cessit. Ergo calliditas ducis prouidit: vt si quod protinus imperaretur gratum prius: deinde remissum militie metu maximum beneficiū fieret.

QVod sequitur narrandum est. Quintus Fabius labeo arbiter a senatu finium constituendorū inter Nolanos ac Neapolitanos datus: cum in rem presentem venisset: vtrosq separatim monuit vt omissa cupiditate / regredi modo contro uersia: q̄ progredi mallent. Idq enim cum vtraq pars auctoritate viri mota fecisset: aliquantum in medio vacui agri

relictū est. Cōstitutus deinde finibus vt ipsi terminauerāt: quicquid reliqui soli fuit populo romāo adiudicauit. ceterū etsi circumuenti Nolani ac Neapolitani queri nichil potuerunt / secundum ipsorum demonstrationem dicta sententia: improbo tamen prestigiorum genere / nouū ciuitati nostre vectigal accessit.

EVndem ferunt cum a rege Anthiocho quem bello superauerat / ex federe icto dimidiam partem nauium accipere deberet / medias omnes secuisse: vt eum tota classe priuaret.

IAm Marco antonio remittendum conuicium est. qui idcirco se aiebat nullam orationem scripsisse: vt si quid superiore iudicō actum esset quod ei quem postea defensurus esset / nociturum foret: nō dictum a se affirmare posset. qui facti vix pudentis: causam tolerabilem habuit. Pro periclitantium enim capite non solum eloquentia sua vti: sed etiā verecundia abuti erat paratus.

SErtorius vero corporis robore: atq animi consilio parē nature indulgentiam expertus: proscriptione Sillana dux Lusitanorum fieri coactus: cum eos oratione flectere non posset: ne cum romanis vniuersa acie confligere vellent: vafro consilio ad suam sententiam perduxit. Duos enim in cōspectu eorum constituit equos. validissimum alterum: alterum infirmissimū. ac deīde validi caudam ab imbecillo sene

paulatim carpi: infirmi a iuuene eximiarum virium vniuersam conuelli iussit. obtemperatum imperio est. sed dum adolescentis dextera irrito se labore fatigat: senio confecta manus ministerium executa est. tunc barbare contioni quorsũ ea res tenderet cognoscere cupitenti: subiecit equi caude consimilem esse romanũ exercitum. cuius partes aliquis aggrediens: opprimere posset. vniuersum conatus prosternere: celerius tradiderit victoriam q̃ occupauerit. Ita gens barbara aspera et regi difficilis: in exicium suum ruens: quam vtilitatem auribus respuerat: oculis peruidit.

FAbius autẽ maximus cuius nomẽ dimicare vincere fuit cum precipue fortitudinis Nolanum peditem dubia fide suspectum: et strennue opere Lucanum equitem amore scorti deperditum: in castris haberet: vt vtroq; potius bono milite vteretur q̃ in vtrumq; animaduerteret: alterius supitionem suam dissimulauit. In alterum disciplinam paululum a recto tenore deflexit. Namq; illum plene pro tribunali laudando: omniq; genere honoris prosequendo: animum suum a Penis ad romanos coegit reuocare. et hunc clam meretricem redimere passus: paratissimum pro nobis excussioreq; reddidit.

VEniam nunc ad eos quibus salus astutia quesita est: marcus volusius edilis proscriptus: assumpto Isiaci habitu per

per itinera viasq; publicas stipem petens ! quisnam reuera esset occurrētes dignoscere passus nō est, eoq; fallatie genere tectus ! in marci Bruti castra peruenit. Quid illa necessitate miserius ! que magistratum populi romani abiecto honoris pretexto ! alienigene religionis obscuratū insignibus per vrbem iussit incedere ? Omnes autem hii sue vite ! aut illi aliene mortis cupidi ! qui talia vel ipsi sustinuerunt ! vel alios perpeti coegerunt.

ALiquanto speciosius sentenciis Saturnini Vetulonis in eodem genere casus vltime sortis auxilium. Qui cum a triumuiris interscriptos nomē suum propositum audisset ! cōtinuo preture insignia inuasit. Precedentibusq; in modum lictorum et apparitorum et seruorum publicorum subornatis ! vehicula comprehendit, hospicia occupauit, obuios summouit. Ac tam audaci vsurpatione imperii ! in maxima luce densissimas hostilibus oculis tenebras effudit.

Dem vt Puteolos venit ! perinde vt publicum ministerium agens ! summa cum litentia correptis nauibus ! in Siciliam certissimum tūc proscriptorum profugium penetrauit. Huius vno abiecto leuioris note exemplo ad externa reuertar.

Mantissimus quidam filii ! cum eum in concessis ac periculosis facibus accensū ab insania cupiditate pater inhibere

vellet: salubri consilio patriam indulgentiam temperauit. Petiit enim vt prius quam ad eam quā diligebat iret: vulgari et permissa venere vteretur. Cuius precibus obsecutus adolescens: infelicis animi impetum satietate licentis cō cubitus resolutum: ad id quod non licebat tardiorem pigrioremq; afferens: paulatim deposuit.

CVm Alexāder macedonū rex sorte monitus vt eū qui sibi porta egresso prius occurrisset īterfici iussisset: asinariū forte sibi obuiā factū ad mortē abripi īperasset: eoq; querēte quidnam se immerentem capitali supplicio innocentemq; adiceret: Cum ad excusandum factum suum oraculi preceptū retulisset: Asinarius si ita est inquit Rex: aliū sors huic morti destinauit. Nam asellus quem ego ante me agebam prior tibi occurrit. Delectatus Alexander et illius tam callido dicto: et quod ipse ab errore reuocatus erat. Occasionem in aliquanto viliore animali expiande religionis rapuit. Summa in hoc mansuetudo. In alterius regis equisone calliditas.

Ordida magorum dominatione oppressa: Darius Rex cum eos occidisset adiutoribus eiusdem dignitatis assumptis: pactum cum preclari operis consortibus fecit: vt equis insidentes solis ortu cursum in quendam locum dirigeret. Isq; regno potiretur: cuius equus in eo primus hinnisset

q

Ceterum maxime mercedis competitoribus fortune benefi
ciū expectantibus / solus acumine Equisonis sui ebaris pro
sperum exoptate rei effectum assecutus est. Qui in eque ge
nitalem partem dimissam manum cum ad eum locum ven=
tum esset / naribus equi admouit: quo odore irritatus / ante
omnes hinnitum edidit. Auditoq; eo / sex reliqui summe po
testatis candidati / continuo equis delapsi (vt est mos Persa=
rum) humi postratis corporibus Darium Regem salutaue
runt. Quantum imperium quam paruo īterceptum est va
framento.

Bias autem cuius sapientia diuturnior inter homines est
quam patria Priene fuit (Siquidam hec eciam nunc spirat.
Illius perinde atq; extincte vestigia tantummodo extant) ita
aiebat. oportere homines in vsu amicicie versari / vt memi=
nissent eam ad grauissimas īimicicias posse conuerti. quod
quidem preceptum prima specie nimis fortasse callidum vi
detur. Inimicumq; simplicitati qua precipue familiaritas
gaudet. Sed si altior animi cogitatio demissa fuerit / perquā
vtile reperietur.

Lampsacene vrbis vero salus vnius vaframenti beneficio
constitit. Nam cum ad exicium eius summo studio Alexan
dri ferretur / progressumq; extra menia Anaximenem pre=
ceptorem suū vidisset (quia manifestū erat futurum vt pre

tes suas ire eius opponeret) non facturum se quod ipse pe=
tisset iurauit. Tunc Anaximenes peto inquit vt Lanisa=
cum diruas. Hec velocitas sagacitatis / opidum vetusta nobi
litate inclitum / exicio cui destinatum erat subtraxit.

DEmostenis quoq astucia mirifice cuidam ancille succur=
sum est. Que pecuniam depositi nomine a duobus hospiti=
bus acceperat ea conditione / vt illam simul vtrisq redderet.
Quorum alter interiecto tempore tāquā mortuo socio squa
lore obsitus / decepte omnes nummos abstulit. Superuenit
deinde alter et depositum petere cepit. Herebat misera et in
maxima pariter et pecunie et defensionis penuria. Iam de
laqueo et suspendio cogitabat. Sed oportune Demosthenes
ei patronus affuit. Qui vt ī vocationem venit / mulier in=
quit parata est depositi de se fide soluere. Sed nisi socium
adduxeris / id facere non potest. Quoniam vt ipse vocife
raris hec dicta est lex / ne pecunia alteri sine altero numera
retur.

C ne illud quidem parum prudenter. Quidam Atheniis
vniuersō populo inuisus / causam apud eum capitali crimi
ne dicturus / maximum honorem subito petere cepit. nō q
speraret se illum consequi posse / sed vt haberent homines.
Vbi procursum ire qui accerrimus esse solet / effunderent.
Neq enim hec tam callida consilii ratio fefellit. Comiciis

enim clamore infesto et crebris totius contionis sibilis vexa tus/nota etiā denegati honoris perstrictus / eiusdem plebis paulo post in discrimine vite clementissima suffragia exper tus est. quod si adhuc ei vltionem sitienti capiti sui periculū obiecisset / nullam partem defensionis odio obserate aures reciperent.

Huic enim vaframento. Consimilis illa calliditas. Supe rior Hannibal a Iulio consule nauali prelio victus / timēsq classis amisse penas dare / offensam astutia auertit. Nam ex illa infelici pugna prius quam cladis nuncius do mum perueniret / quendam ex amicis compositum et etiam formatum Cartaginem misit. Qui postquam ciuitatis eius curiam intrauit / consulit vos inquit Hannibal cū dux Ro manorum magnas secum maritimas trahens copias adue nerit / an cum eo confligere debeat Acclamauit vniuersus senatus. Non esse dubium quin oporteret. Tum ille conflixit inquit / et superatus est. Ita liberum hiis non re liquit id factum damnare / quod ipsi fieri debuisse iudicaue rant.

Alter Hannibal Fabiū maximū inuictam armorum suo rum vim / saluberrimis conctationibus / pugne ludifican tem / vt aliqua suspicione trahendi belli respergeret / totius

italie agros ferro atq; igni vastando / vnius eius fundum in muuen ab hoc iniurie genere reliquit. Profecisset ali quid tanti beneficii insidiosa adumbracio eius / nisi Roma ne vrbi et Fabii pietas et Hannibalis vafri mores fuissent notissimi.

TVsculanis etiam acumine cōsilii incolumitas parta est. Cum enim crebris rebellationibus meruissent vt eorum vr bem funditus Romani euertere vellent / atq; ad id exequen dum Furius Camillus maximus dux validissimo istructus exercitu venisset / vniuersi ei togati obuiam processerunt. comeatusq; et cetera pacis munia benignissime prestiterunt armatum etiam intrare menia passi sunt. Nec vultu nec habitu mutato. Qua constantia tranquillitatis non solum ad amicicie nostre ius / sed etiam ad communionem ciuita tis vsq; penetrarunt. Sagaci Hercule vsi simplicitate. Quo niam aptius esse intellexerant metum officio dissimulare / q̄ armis protegere.

T Volscorum ducis Tullii execrabile consilium. qui ad bellum inferendum Romanis maxima cupiditate accensus cum aliquot aduersis preliis cōtusos animos suorum et ob id pati proniores animaduerteret / insidiosa ratione quo vo lebat compulit. Nam cum spectandorum ludorum gratia / magna Volscorum multitudo Romam conuenisset / con

ſulibus dixit vehementer ſe timere ne quid hoſtile ſubito molirentur. Monuitq́ȝ vt eſſent cautiores. Et p:otinus ipſe vrbe egreſſus eſt. Quam rem conſules ad ſenatum detulerunt. Qui tametſi nulla ſuſpico ſuberat/ auctoritate tamen Tullii commotus. vt ante noctem Volſci abirent decreuit. Qua contumelia irritati/ facile impelli potuerunt ad rebellandum. Ita mendatium verſuti ducis ſimulatione beniuolentie inuolutum/duos ſimul populos fefellit/ Romanum vt inſontes notaret. Volſcum/vt deceptis iraſceretur.

Strategemata. Capitulum Quartum.

ILla vero pars calliditatis egregia et ab omni reprehenſione procul remota. Cuius opera quia appellatione noſtra vix aperte exprimi poſſunt/ greca pronunciatione ſtrategemata dicantur.

Omnibus enim militaribus copiis Tullus Hoſtilius Fidenas aggreſſus/ que ſurgentis imperii noſtri incunabula crebris rebellationibus torpere paſſe non ſunt/ finitimiſq́ȝ tropheis ac triumphis alitam virtutem eius / ſpes ſuas vlterius promouere docuerunt. Metius Sufecius dux Albanorum dubiam et ſuſpectam ſemper ſocietatis ſue fidem repēte in ipſa acie detexit. Detecto enim Romani exercitus

latere / in proximo colle consedit pro adiutore speculator pugne futurus / vt aut victis insultaret / aut victores fessos aggrederetur. Non erat dubium quī ea res militum nostrorum animos debilitatura esset / cū eodem tempore et hostes cōfligere / et auxilia deficere cerneret. Itaq̧ ne id fieret Tullus prouidit. Concitato enim equo / omnes pugnantiū globos percurrit / predicans suo iussu secessisse Metium. eumq̧ cum ipse signum dedisset / inuasurum Fidenatiū terga. quo imperatore artis consilio / metū fidutia mutauit. Proq̧ trepidatione / alacritate suorum pectora repleuit.

ET ne continuo a nostris regibus recedā. Sextus Tarquinius Tarquini filius īdigne ferēs ꝙ patris viribus expugnari Gabii nequirēt / valtiorē armis excogitauit rationē / qua īterceptū illud opidum Romano imperio adiceret. subito namq̧ se ad Gabinos contulit / tanꝙ parentis seuiciam et verbera que voluntate sua perpessus erat fugiens. ac paulatim vniuscuiusq̧ fictis et compositis blandiciis alliciendo beniuolentiam vt apud omnes plurimum posset consecutus / familiarem suum ad patrem misit indicaturum quemadmodum cum cuncta in sua manu haberet. et quesiturum quidnā fieri vellet. Iuuenili calliditati senilis astutia respondit / siquidem re eximia delectatus Tarquinius / fidei autem nuncii parū credēs / nichil respōdit. sed seducto eo in ortū maxīa et

altissīa papauerū capita baculo decussit. Cognito adolescens silentio simul ac patris facto/ causam alterius argumēti peruidit. Nec ignorauit precipi sibi/vt excellentissimum quēq3 Gabinorum aut exilio summoueret/ aut morte cōsumeret. ergo spoliatam bonis propugnatoribus ciuitatem/tantū nō vinctis manibus ei tradidit.

Llud quoq3 a maioribus et consilio prudenter et exitum feliciter prouisum. Cum enim vrbe capta galli capitolium obsiderent/solumq3 potiendi eius spem in fame eorum repos
sitam animaduerterent/ per quam callido genere cōsilii vnico perseuerantie irritamento victores spoliauerunt. Panes enim iacere compluribus e locis ceperunt. Quo spectaculo obstupefactos infinitāq3 frumenti abundantiam nostris superesse credentes/ad pactionem omittende obsidionis cōpulerunt. Misertus est tunc profecto iupiter Romane virtutis presidium ab astucia mutuantis/ cū summa alimentorū īopia/ presidia īopie cerneret. Igitur vt vafro/ita periculoso consilio salutarem exitum dedit.

I Demq3 iupiter postea prestantissimorum ducum nostrorum sagacibus consiliis propicius aspirauit. Nam cum alterum italie latus Hannibal laceraret/ alterum inuasisset Hasdrubal/ ne duorum fratrum vincte copie intollerabili onere fessas simul res nostras vrgerent. hinc Claudii Nero

nis Veietum consilium / illinc Liuii Salinatoris inclita pro uidentia effecit.

Nero enim compresso a se in lucanis Hannibale / presentiam suam (quoniam ita ratio belli desiderabat) mentitus hosti / ad opem college ferendam per longum iter celeritate mira tetendit.

Salinator in Vmbria apud metaurum flumen proxima die dimicaturus / summa cum dissimulatione Neronem castris noctu recepit. tribunus enim a tribunis. centuriones a centurionibus. equites ab equitibus. pedites a peditibus excipi iussit ac sine vlla tumultuatione solo vix vno exercitū capiente alterum inseruit. quo euenit ne Hasdrubal cū duobus se consulibus preliaturum prius sciret / q̄ꝫ vtriusqꝫ virtute prosterneretur. Illa toto terrarum orbe infamis punica calliditas Romana elusa prudentia / Hannibalem Neroni. Hasdrubalem salinatori decipiendum tradidit.

Memorabilis etiam consilii Quintus metellus. qui cū proconsul bellum in hispaniam aduersus celtiberos gereret vrbemqꝫ Trebiam caput eius gētis viribus expugnare non non posset / intra pectus suum multū ac diu consiliis agitatis / viam reperit / qua propositum ad exitū perduxeret. Itinera magno impetu ingrediebatur. Deinde alias atqꝫ alias regiones petebat. modo hos obsidebat montes. Paulo post ad alioꝝ trangrediebatur. Cum interim / tam suis omnibus

q ipsis hostibus ignota erat causa inopinate eius ac subite fluctuatiouis. interrogatus quoq; a quodam amicissimo sibi quid ita sparsum et incertum militie genus sequeretur? absiste inquit istud querere. nam si huius consilii mei / interiorem tunicam consciam esse sensero / continuo eam cremari iubebo. Quorsum igitur ista dissimulatio erupit aut quem finem habuit? Postquā vera et exercitum suum ignorātia et totam celtiberiam errore implicauit / cum alio cursum direxisset / subito ad Trebiam reflexit. Eamq; inopinatam et attonitam oppressit. Ergo nisi mentem suam dolos scrutari coegisset / ad vltimam ei senectutem apud menia Trebie armato sedendum foret.

Gathocles autem Syracusanorū rex audaciter callidus. Cum enim vrbem eius maiore ex parte Cartaginenses occupassent / exercitum suum in Africam transiecit / vt metu metum. vi vim discuteret. nec sine effectu. Nam repentino eius aduentu perculsi Peni libenter incolumitatem suam salute hostium redemerunt. pactiq; sunt vt in eodem tempore et Africa Siculis. et sicilia punicis armis liberaretur. Agathocles age Siracusarum menia si tueri perseuerasset / illa belli malis vrgerentur. bona pacis fruenda secure Cartagini reliquisset. Nunc inferendo que patiebatur. dum alienas potius lacessit opes quā suas tueretur / quo equiore animo regnum deseruit / eo tutius recepit.

QVid Hannibal Cannensi prelio Romanam aciem nōne priusꝙ ad dimicandum descenderet. compluribus astutie co pulatam laqueis / ad tam miserabilem perduxit exitum. āte omnia enim prouidit / vt et solē et puluerem qui vēto multus excitari solet / aduersum haberet. deinde partem copiarū suarum. inter ipsum prelii tempus de industria fugere iussit. ꝙ cum a reliquo exercitu abruptam legio Romana inse queretur / trucidandam eam ab his quos in insidiis colloca uerat / curauit. Postremo quadringētos equites subornauit Qui simulata transicōe petierunt consulem. a quo iussi more transfugarum depositis armis in vltimā partem pugne secedere / districtis gladiis quos inter tunicas et loricas abdiderant / poplices pugnantium Romanorum ceciderūt. Hec fuit punica fortitudo / dolis et insidiis et fallaciis instructa. que nūnc certissima circunuente virtutis nostre excusatio ē quoniam decepti magis / ꝙ victi sumus.

De Repulsis Capitulum quintum

CAmpi quoqꝫ representa conditio / ambiciosā ingredientes viam / ad fortius sustinendos parum prosperos comitiorum euētus / vtiliter īstruxerit. quia propositis ante oculos clarissimorū virorū exēplis et repulsis / vt nō minore cū spe honoris / ita prudentiore cū animi iudicio petant. memineritqꝫ nefas nō esse aliquid ab oībus vni negari / cū sepenumero siguli cūctorū

voluntatibus resistere fas esse duxerit / sciētes etiā patientia queri debere / quod gratia impetrare nequierit.

Q. Elius tubero a Quinto Fabio maximo epulum populo romano nomine P. Africani patrui sui dante / rogatus / vt triclinium sterneret. lectulos punicatos pellibus edinis strauit. et pro argēteis vasis sammia exposuit. Cuius rei deformitas sic omnes offendit / vt cum alioquin vir egregius haberetur / comiciisq; pretoriis candidatus in campum L. Paulo auo et P. africano auunculo nixus descendisset / repulsa inde notatus abierit. Nam vt priuatim semper continentiā probabant / ita publice maxima cura splendoris habita est. Quocirca vrbs non vnius conuiuii numerum / sed totam se in illis pelliculis iacuisse credens / ruborem epuli suffragiis suis vindicauit.

. Autem Scipio Nasica togate potentie clarissimū lumē Qui consul Iugurthe bellum indixit / qui matremdeum ideam e Phrygicis sedibus ad nostras aras focosq; migrantem sanctissimis manibus excepit / qui multas et pestiferas seditiones auctoritatis sue robore oppressit / quo principe senatus per aliquot annos gloriatus est. Cum edilitatem curulem adolescens peteret / manumq; cuiusdam rustico opere duratam more candidatorum tenatius apprehendisset / ioci gratia / interrogauit eum num manibus solitus esset ambulare? ¶ Quod dictum nimirum a circunstantibus

acceptum ad populum manauit. causamq; repulse Scipioni attulit. Omnes namq; rustice tribus paupertatem sibi ab eo exprobratam iudicantes: iram suam aduersus contumeliosã eius vrbanitatem distrinxerunt. Igitur ciuitas nostra nobilium iuuenum ingenia ab insolentia reuocando: magnos et vtiles ciues fecit. honoribus non patiendo eos a securis peti debitum auctoritatis pondus adiecit.

NVllus error talis in L. emilio paulo conspectus est. sed tamen aliquotiens frustra consulatum peciit. idemq; cum iã campum repulsis fatigasset: bis consul et censor factus est. amplissimum etiam dignitatis gradum obtinuit: cuius virtutem iniurie non fregerunt sed accuerunt. Quoniamquidẽ ipsa nota accensam cupiditatem summi honoris ardentiorẽ ad comitia detulit: vt populum quia nobilitatis splendore z animi bonis mouere non poterat: pertinatia vinceret.

Vintum autem cecilium metellum pauci et mesti amici cõsulatus repulsa afflictum: tristicia ac rubore plenum: domum reduxerunt. Eundem de pseudo Philippo triumphãtem vniuersus senatus letum et alacrem in capitolium prosecutus est. Achaici etiam belli cui summam manu lutius mũnius adiecit: maxima pars ab hoc viro profligata est. ei ne ergo populus consulatum negare potuit: cui mox duas clarissimas prouincias. Aut daturus erat: aut debiturus: achaiã et macedoniã: et quidẽ hoc facto meliore eo ciue vsus

est. intellexit enim q̄ industrie sibi gerendus esset consulatus! quem tanto labore impetrari senserat. reuerentius enī et dulcius possidetur. quod cum labore magis acquiritur.

Vid tam excellens! quid tā opulentum q̄ Lucius sylla? diuitias. imperia largitus est. leges vetustas abrogauit. No uas tulit. hic quoq̄ in eo campo cuius postea dominus extitit! repulsa preture sugillatus est. omnia loca petiti honoris si quis modo deorum formam et imaginem future eius potentie populo Romano representasset! impetraturus.

Sed vt comitiorum maximum crimen referam! M. Portius Cato plus moribus suis preture decoris additurus! q̄ pretexto eius splendoris ipse laturus! consequi illam a populo aliquando non potuit. Proxima dementie suffragia! que quidem satis graues penas erroris sui pependerunt. Quoniam quem honorem Catoni negauerant! Vatinio dare coacti sunt. Ergo si vere estimare volumus! non Catoni tunc pretura! sed preture Cato negatus est.

Capitulum Sextum De necessitate.

Bhominande quoq̄ necessitatis amarissime leges et truculentissima imperia! tum vrbem nostram! tum etiam exteras gentes / multa non intellectu tantum! sed etiam auditu grauia perpeti co

Nam aliquot aduersis preliis secundo egerunt. punico bello exhausta militari iuuentute Romana! senatus

auctore Tito graccho consule cẽsuit . vti publice serui aduer sum propulsandorum hostium impetum emerentur . eaq; de re per tribunos plebis apud populum lata rogatione : tres creati sunt viri qui quatuor et viginti milia seruorum com parauerunt . Adactosq; iureiurando strenuã se fortemq; ope ram daturos : quoad Peni essent in Italia laturos arma : in castra miserunt . ex Apulia etiam et a fidiculis septuaginta atq; ducenti ad supplementum equitatus sunt empti . Quan ta violentia est casus acerbi ? Que ciuitas ad id tempus inge nue quoq; originis capitecensos habere milites fastidierat : eadẽ cellis seruilibus extracta corpora : a pastoralibus casis collecta mãcipia : velut precipuum firmamentum exercitui suo adiecit . Cedit ergo interdum generosus spiritus vtilita ti et fortũe viribus succumbit . vbi nisi tutiora consilia lege ris : speciosa sequenti concidendum est.

Cannensis autem clades adeo vrbem nostram vehemen ter cõfudit : vt M. munii opera / dictatura rem publicam ad ministrante : spolia hostium affixa tẽplis / deorum numini consecrata instrumenta militie futura conuellerentur. Ac pretextati pueri arma induerent. additorum etiam et capita li crimine dampnatorum sedecim milia conscribentur. Que si per se aspiciantur : aliquid ruboris habeãt . si autem admo tis necessitatis viribus ponderentur : seuicie temporis cõue nientia presidia videantur.

Ropter eandem cladem senatus Octalicio qui Sciciliam Cornelio mamule qui Sardiniam pro pretoribus obtinebāt querentibus quod neq; stipendium neq; frumentum classibus eorum et exercitibus socii preberent / affirmantibus etiam ne habere quidem eos vnde id prestare possēt / rescripsit erarium longinquis impensis non sufficere. proīde quo pacto tante inopie succurrendum esset ipsi viderent. his literis quid aliud q̃ imperii sui gubernacula e manibus abiecit / Siciliamq; et sardiniam benignissimas vrbis nostre nutrices gradus stabilimenta bellorum tā multo sudore et sanguine in potestatem reddactas / paucis verbis ita scilicet necessitate iubente dimisit.

Adem clade / Casilinates obsidione Hannibalis clausos alimentorumq; facultate deiectos / Lora necessariis vinculorum vsibus subducta / eq; scutis detractas pelles feruenti resolutas aqua manducare voluisti. quid illis si acerbitatem casus intueare miserius? si cōstātiam respicias quid fidelius? qui ne romanis desisterent tali vti cibi genere sustinuerunt cum pinguissima arua sua fertilissimosq; campos menibus suis subiectos intuerentur. Itaq; Campane vrbis que punicam feritatem deliciis suis cupida fouit / in propinquo situm Casilinum modo rarum virtute clarum perseuerantis amicicie pignore impios oculos verberauit.

N illa obsidione et fide cū trecenti Prenestini perman=

rent: euenit vt ex hiis quidam murem captum / ducentis po-
tius denariis vendere: q̄ ipse leniende famis gratia cōsume-
re mallet. Sed credo deorum prouidentia effectum: et vēdi-
tori et emptori quem vterq̄ merebatur / exitum attribuit.
Auaro enim et fame consumpto / manubiis sordium suarū
frui non licuit. et equi animi vir ad salutarem impensam fa-
ciēdam: care quidem verum necessarie cōparato cibo vixit.
GAio autem mario et Gneo carbone cōsulibus ciuili bello
cum Lucio silla dissidentibus: quo tempore non rei publice
victoria querebatur: sed premium victorie res erat publica:
senatus consulto aurea atq̄ argentea templorum ornamenta
ne militibus stipendia deessent: conflata sunt. Digna enim
causa erat hii ne an illi credulitatem suam proscripcione
ciuium satiarent: vt dii immortales spoliarentur. Non ergo
patrum conscriptorū voluntas sed teterrime necessitatis tru-
culenta manus illi consulto stilum suum impressit.

Iui Iulii exercitus id est inuicti ducis inuicta dextera cū
armis numantiam clausisset: aggeriq̄ extruendo materia de-
ficeret: congerie hostilium cadauerum quam desiderauerat
altitudinem instruxit. eamq̄ tragulis et pilis (quia roboree
sudes deerant) magistra noue molitionis necessitate vsus val-
lauit.

2 ATq̄ vt diuinam filii mentionem celestis patris recorda-
tioni subnectam: cum effusurus se in nostras prouincias

parthorum rex Phrates videretur: vicineq; imperio eius regiones subita indicti tumultus denuntiatione quaterētur: tanta in Bosforano tractu comeatus penuria incessit: vti sex milibus denariis singula vasa olei frumentiq; modiis: totidē mancipia permutarentur. Sed amarissimam tempestatem augusti cura tutele tunc terrarum vacans dispulit.

CRetensibus nichil tale presidii affulsit. qui obsidione metelli ad vltimam penuriam compulsi: sua iumētorumq; suorum vrina sitim torserunt: iustius dixerim: q̄ sustentarūt. quia dum vinci timent: id pasci sunt quod eos ne victor quidem pati coegisset.

NVmantini autem a Scipione vallo et aggere circundati: cum omnia que famem eorum trahere poterant consūpsissent: ad vltimum humanorum corporum dapibus vsi sunt. Quapropter capta iam vrbe: complures inuenti sunt: artus et membra trucidatorum corporum sinu suo gestātes. Nulla est in his excusatio necessitatis. nam quibus mori licuit sic viuere necessitate nō fuit.

HOrum trucem pertinaciam in consimili facinore callagurritanorum execrabilis īpietas supergressa est. Qui quo perseuerantius interempti Sertorii cineribus obsidionem Cn. pompei frustrantes fidem prestarent (quia nullum iam aliud in vrbe eorum superarat animal) vxores suas natosq; ad vsum nefarie dapis verterunt. quoq; diutius armata iu-

uentus viſcera ſua viſceribus ſuis aleret⁄ infelices cadauerū reliquias ſalire non dubitauit. En quem aliquis in acie hortaretur vt pro ſalute coniugum et liberorum fortiter dimicaret. Ex hoc nimirum hoſte tanto⁄ duci pena magis ꝙ victoria petenda fuit. Quia plus vindicatus libertatis ꝙ victus glorie afferre potuit⁄ cum omne ſerpentum ac ferarum genus comparatione ſui titulo feritatis ſuperarit. Nam que illis dulcia vite pignora proprio ſpiritu cariora ſunt⁄ ea Calaguritanis prandia atq cene extiterunt.

¶ Capitulum Septimū de teſtamētis que reciſa ſunt.

Vacemus nunc negocio quod actorum hominis et precipue cure et vltimi eſt temporis. coſideremuſq que teſtamenta aut reciſa ſunt legitime facta⁄ aut cum merito reſcindi poſſent rata manſerunt. que ve alios ꝙ qui expectabant honorem hereditatis tranſtulerūt.

ATq ita vt ea ordine quo propoſui exequar⁄ militantis cuiuſdam pater cum de morte filii falſum e caſtris nunciū acepiſſet⁄ aliis heredibus ſcriptis deceſſit. Peractis deinde ſtipendiis⁄ adoleſcens domum petit. errore patris⁄ impudētia amicorum⁄ domum ſibi clauſam reperit. Quid enim illis inuerecundius? florem iuuente pro re publica aſſumpſerat. maximos labores ac plurima pericula tolerauerat. aduerſo corpore exceptas oſtendebat cicatrices, et poſtulabat vt ne

auitos eius lares ociosa ipsi vrbi onera possiderent. Itaqȝ de positis armis coactus est in foro togatã ingredi militiã acer be cum improbissimis enim heredibus de paternis bonis apud centumuiros contendit, omnibusqȝ non solum consiliis sed etiam sententiis superior discessit.

Tē M. annei carseolani splendidissimi equitis romani filius Asufanete auunculo suo adoptatus: testamentũ naturalis patris quo preteritus erat apud centumuiros rescidit: cum eo Tullianus Pompei magni familiaris ipso quidem Pompeio signatore heres scriptus esset. Itaqȝ illi in iudicio plus cum excellentissimi viri gratia: q̃ cum parentis cineribus negocii fuit. Ceterum quãuis vtraqȝ hec aduersus eum nitebantur: tamen paterna bona obtinuit. Nam L. quidem sextilius et P. pompilius quos M. anneius sanguine sibi cõiunctos eadem ex parte qua Tullianum heredes fecerat sacramento cum adolescentulo contendere ausi nõ sunt: tametsi precipuis eo tempore magni pompei viribus ad defendendas tabulas testamenti immutari poterant. Et aliquã tũm adiuuabat heredes: quod M. anneius i suffenatis familiam ac sacra transierat. sed artissimum inter homines procreationis vinculum: patris simul voluntatem et principis auctoritatem superauit.

C autem Teitiũ a patre infantem exheredatum: Petronia matre quam Veicius quoad vixit in matrimonio habuerat

natum ! diuus augustus in bona paterna ire decreto suo iussit ! patris patrie animo vsus. quoniã Teicius in proprio iure procreato filio summa cum iniquitatẹ paternum nomen abrogauerat.

Epticia quoq; mater Truchalorũ Ariminensium irata filiis ! in contumeliam eorũ cum iam parere nõ posset ! publico seni admodum nupsit. testamento etiam vtroq; preterito a quibus aditus diuus augustus ! et nupcias mulieris et suprema iudicia improbauit. Nam hereditatem maternã filios habere iussit. Dotemq; (quia non creandorum liberorum cã coniugium ĩtercesserat) virũ retinere vetuit. Sed ipsa equitas de hac re cognoscere potuisset ! ne iustius aut gratius pronunciaret. Spernis quos genuisti. nubis effeta. testamẽti ordinem violento animo confundis. neq; erubescis ei totũ patrimoniũ adicere ! cuius pollinito iam corpori marcidam senectutem tuam substrauisti. Ergo dum sic te egeris ! ad ĩferos vsq; celesti flumine afflata es.

EGregia Gn. quoq; calphurnii Pisonis p. r. vrbis cõstitutio. cum enim ad eum Terentius ex octo filiis quos in adolescentiam perduxerat / ab vno ĩ adoptionẽ dato exheredatũ se querelã detulisset ! bonorũ adolescẽtis possessionẽ ei dedit. heredesq; lege agere passus nõ ẽ. Monuit profecto Pisonem patria maiestas ! donũ vite. beneficiũ educationis. sed aliquid etiam flexit circunstantium liberorum numerus ! quos cum

patre septem fratres impie exheredatos videbat.

QVid mamerti emilii lepidi cõsul q̃ graue decretum? Genucius quidam matris magne gallus a Cn. oreste pretore vrbis impetrauerat: vt restitui se in bona Neuiani iuberet quorum possessionem secundum tabulas testamenti ab ipso acceperat. appellatus Mamertus a Surdino cuius libertus Genucium heredem fecerat pretoriam iuridictionem abrogauit: quod diceret Genucium amputatis suiipsius sponte genitalibus corporis partibus neq; virorũ neq; mulierũ numero haberi debere. Cõueniẽs mamerto cõueniẽs pricipi senatus decretũ. quo prouisũ est ne obscena genucii presẽtia: ĩquinataq; voce tribũalia magistratuũ sub specie petiti iuris polluerẽtur.

MVlto plus Q. metellus. pretorẽ vrbanũ seueriorẽ egit: q̃ Orestes gesserat. qui Vetilio lenoni bonorum immeni possessionem secundũ tabulas testamenti non dedit. quia vir nobilissimus et grauissimus: fori ac lupanaris separandã conditionẽ estimauit. nec aut factum illius cõprobare voluit: qui fortunas suas in stabulum contaminatum proiecerat: aut huic tanquã integro ciui iura reddere: qui se ab omni honesto vite genere obruperat.

De testamentis que rata manserunt cum causas haberẽt cur rescindi possẽt. capitulum octauum.

IIs resciſorũ testamentorũ exẽplis cõtenti. attigamus ea que rata manserunt. Cũ cãs haberẽt propter quas

rescindi possent.

QVam certe q etiã note isanie Tuditanus: vtpote qui populo nũmos sparserit: togamq velut tragicã vestẽ i foro trahens: maxio cũ hominũ risu cõspectus fuerit: ac multa his consẽtanea fecerit testamẽto filiũ istituit heredẽ. quod tiberius lõgus sãguine ei proximus: haste iudicõ subuertere frustra conatus est. Magis enĩ centũuiri quod scriptũ esset i tabulis: q quis eas scripsisset considerandum existimauerũt.

Ita Tuditani demens. Ebutie autem que Lucii menii agrippe vxor fuerat tabule testamẽti plene furoris. Nã cum haberet duas similime probitatis filias Pletoniã et Afroniam: animi sui potius inclinatione prouecta q vllis alterius iniuriis aut officiis cõmota: Pletoniã tãtummodo heredem instituit. filiis etiã Afronie ex suo admodum amplo patrimonio viginti milium nummum legauit. Afronia tamẽ cũ sorore sacramento contendere noluit. testamẽtũq matris paciẽtia honorare: q iudicõ cõuellere satius esse duxit. eo se ipsa indigniorẽ iiuria ostendẽs: quo eã equiore aio sustinebat.

MInus mirandũ errorẽ muliebrẽ. Q. metellus fecit. Is nã q plurimis et celeberrimis eiusdem nominis viris in urbe nostra vigentibus: Claudiorum etiam familia quam artissimo sanguinis vinculo contingebat florente: Curiantẽ solũ heredem reliquit. nec hoc testamẽtum eius iprobare quisq attemptauit.

Tem Pompeius reginus vir transalpine regionis cum testamento fratris preteritus esset / et ad coarguendã iniquitatem eius binas tabulas testamentorũ suorũ in comicio ĩcisas habita / vtriusq; ordinis maxima frequentia recitasset / in quibus magna ex parte heres frater erat scriptus / prelegebaturq; ei centies et quinquagesies sexterciũ / multũ ac diu inter assentientes indignationi sue amicos questus quod ad haste iudiciũ attinuit / cineres fratris quietos esse passus ẽ. Et erant ab eo instituti heredes neq; sanguine patrio pares neq; proximi sed alieni et humiles / vt nõ solũ flagitiosũ silẽtium sed etiam prelatio contumeliosa videri posset. eque felicis impunitatis sed nescio an tetrioris hec delicti testamẽta

Qui aduersus opiniones hoĩm heredes hũeruut. Ca. ix.

Cecilius Lucii luculi promptissimo studio maximaq; liberalitate / et honestum dignitatis gradum / et amplissimum patrimonũ consecutus / cũm pre se semper tulisset vnum illum sibi esse heredem / moriens etiam annulos ei suos tradidisset / Pomponium atticum testamento adoptauit. omniumq; bonorũ heredem reliquit. sed fallacis et insidiosi cadauer populi romani ceruicibus recte circundatũ per viã traxit. Itaq; nefarius homo filium quidem et heredẽ habuit quem voluit. funus autem et exequias quales meruit.

Neq; alius dignus fuit Titus Marius qui ab infimo mili

cie loco beneficiis Diui Augusti imperatoris ad summos castrenses honores perductus / eorumq; vberrimis questibus locuplex factus / nō solum ceteris vite temporibus ei se fortunas suas relinquere a quo acceperat predicauit / sed etiam pridie q̄ expiraret idem istud ipsi Augusto dixit / cū interi ne nomen quidem eius tabulis testamenti adiecit.

.autem Valerius cui cognomen heptacordo fuit / togatū hostem corneliū balbū expertus / vtpote ope eius et consilio compluribus priuatis litibus vexatus / ad vltimumq; subiecto accusatore capitali crimīe accusatus / preteritis aduocatis et patronis suis solum heredem relinquit. Nimia consternacōne que animum eius transuersum egit deprauatus / amauit enim sordes suas. et dilexit pericula. et damnationē votis expetiuit / auctorē harū rerū beniuolentia / propulsatorē odio

T. Barrulus lentulo spinteri cuius amātissimū C iisecutus animum liberalissimamq; amiciciam senserat / decedens annulos suos perinde atq; vnico heredi tradidit. quem nulla ex parte heredem relinquebat. quantū illo momento temporis conscientia si modo vires quas habere creditur possidet / a te terrimo homine supplicium exegit. Inter ipsam enim fallacis et ingrate culpe cogitationem spiritum posuit / quasi tortore aliquo mentem eius intus cruciante / quod animad uertebat e vita ad mortem transitum suum. et superis diis inuisum esse et inferis detestabilem futurum.

Q.vero Popilius senatoris ordinis Oppium gallū ab icū te etate familiarissimū sibi moriens pro vetusto iure amici cie et vultu benigno respexit. Et verbis magnū pre se amorem ferentibus prosecutus est. Vnum etiam de multis qui assidebant vltimo complexu et osculo dignum iudicauit .super que annulos quoq; suos ei tradidit . videlicet ne quid ex ea hereditate quam non erat aditurus amitteret. quos ocius vir diligens sed moriētis amici plenum cōtumelie ludibriū in locellum repositos et a presentibus assignatos diligentissime heredibus illius exheres ipse reddidit. Quid hoc loco inhonestius aut quid intēpestiuius? senator p. ro. curia egressus: homo vite fructibus continuo cariturus: sanctissima iura familiaritatis morte pressis oculis: et spiritu supremos anhelitus reddēte scurrili lusu suggillāda sibi desumpsit.

Valerii maximi Liber Septimus desinit.

Tituli Libri octaui.

Quam magni effectus artium sint. Capitulum vndecimū. Quedam nulla arte effici posse. Ca.xii. Vnūquemq; artis sue auctorem et disputatorem optimū esse. ca. xiii. De senectute. ca. xiiii. De cupiditate glorie. ca. xv. Que cui q̄ magnifica cōtigerūt.

Vnc quoq; vt equiore animo ancipites iudiciorum motus tollerentur recordemur inuidia laborantes. quibus de causis aut absoluti sint aut damnati. Horatius interfecte sororis crimine a tullio rege damnatus ad populū prouocato iudicio absolutus est. Quorum alterum atrocitas necis mouit alterum causa deflexit. quia in maturum virginis amorem. seuere magis q̄ impie punitum existimabat. Itaq; forti punitione liberata fratris dextera tantum consanguineo quantū hostili cruore glorie haurire potuit acrē se tūc pudicicie custodē p.r. postea plus iusto placidum iudicem prestitit.

Vm a libone tr. pl. seruius galba pro rostris vehemēter increparetur quod lusitanorum magnam manum interposita fide pretor in hispaniam interemisset actioniq; tribunicie M. cato vltime senectutis in oratione sua quam in origine retulit subscriberet reus pro se iam nichil recusans paruulos liberos suos et galli sanguine sibi coniunctum filium flēs cōmendare cepit. Eoq; facto mitigata cōtione qui oīum cōsēsu periturus erat pene nullum triste suffragium hūit.

misericordia ergo illã questionẽ non equitas rexit. quoniam que ĩnocẽtie tribui nequierat absolucõ respectui puerorũ da

Consentaneũ quod sequitur. Aulus gabinius ĩ ta est. maxĩo ĩfamie sue ardore suffragiis populi Memimo accusatore subiectus! abrupte esse spei videbatur. quoniã et accusatio partes suas plene exhibebat! et defensionis presidia inualida fide nitebantur. et qui iudicabãt ira partiti penã hoĩs cupide expetebant. Igitur victor et carcer ante oculos obuersabantur cum interim omnia ista propicie fortune interuentu dispulsa sũt. filius nãq gabinii Sisenna consternationis ĩpulsu ad pedes se mẽmii supplex prostrauit. Inde aliquod fomentum procelle petens! vnde totus ĩpetus tẽpestatis erupperat. Quẽ truci vultu a se victor insolens repulsũ! excusso e manu annulo! humi iacere aliquãdiu passus ẽ. Quod spectaculũ fecit! vt Lelius tri. pl. approbãtibus cũctis Gabiniũ dimitti iuberet. ac documentũ daretur neq secũdarũ rerum prouẽtu insolenter abuti! neq aduersis q propere debilitari oportere. Idq proximo exemplo eque patet.

2 Appius claudius nescio religionis maior / an patrie ĩiuria (siquidẽ illius vetustissimũ morẽ neglexit. huius pulcherrimã classẽ amisit) ĩfesto populo obiectus! cũ effugere debita penã nullo mõ posse crederetur. subito cohorti ĩbris beneficio tutus fuit a dãnacõe. discussa. n. questiõe! aliã velut diis ĩterpellãtibus de ĩtegro ĩstaurari nõ placuit. ita cui maritima

tẽpeſtas cauſe dictionem cõtraxerat / celeſtis ſalutem attulit.

Odem auxilii genere / Tuctie virginis veſtalis iceſti criminis ree / caſtitas / infamie nube obſcurata / emerſit. que cõſcientia certe ſinceritatis ſue / ſpem ſalutis ancipiti argumẽto auſa petere eſt. arrepto enim cribro veſta inquit ſi ſacris tuis caſtas ſemper admoui manus / effice vt hanc hauriam e tiberi aquam et ĩ edem tuam perferam. audaciter enim et temere iactis votis ſacerdotis / verum ipſa natura ceſſit.

Item L. piſo a claudio pulcro accuſatus ꝙ graues et intollerabiles iniurias ſociis intuliſſet / haud dubie ruine metũ fortitudo auxilio vitauit. nãq; per idipſum tempus quo triſtes de eo ſententie ferebantur / repentina vis nimbi incidit. Cumq; proſtratus humi pedes iudicum oſcularetur / os ſuum ſceno repleuit. quod conſpectum totam queſtionem a ſeueritate ad clementiam et manſuetudinem tranſtulit. Quia ſatis iam graues eum penas ſociis dediſſe arbitrati ſunt hũc deductum neceſſitatis / vt abicere ſe tam ſuppliciter / aut attolere tam deformiter cogeretur.

Vbnectam duos accuſatorum ſuorum culpa abſolutos / Flauius Valerio edili apud populum reus actus / cum quatuordecim tribuum ſuffragiis damnatus eſſet / proclamauit ſe ĩocẽtẽ opprimi. cui valerius eque clara voce reſpõdit nichil ſua ĩtereſſe nocẽs ne / an ĩnoxius periret / dũmõ periret. Qua violẽtia dicti reliquas tribus aduerſario donauit.

abieccerat inimicum . Eundem dum pro certo pessundatum credidit! erexit.victoriamq; in ipsa victoria perdidit.

Etiam cossonium seruilia lege reum propter plurima et euidentissima facinora sine vlla dubitatione nocentem! Valerii valentini accusatoris eius recitatum in iudicō carmen! quo puerum pretextatū et ingenuā virginem a se corruptā poetico ioco significauerat! correxit.siquidem iudices inquū rati sunt eum victorem dimittere! qui palmam non ex alio ferre! sed de se dare merebatur. magis ergo valerius in Cosconii absolutione dampnatus / q̄ Cosconius in sua causa liberatus est . Attinguam eos quoq; quorū salus propriis obruta criminibus!proximorum claritati donata est.

ATtilium Calatinum soranorum opidi proditione reū admodum infamem! imminentis dominationis periculo pauca verba Q.fabii maximi soceri sui subtraxerunt.quibus affirmauit si in eo crimine sontem illum ipse comperisset. dirempturum se fuisse affinitatem . Continuo enim populus pene iam exploratam sententiam suā vnius iuditio cōcessit. indignum ratus eius testimonio nō credere!cui difficilimis rei publice tēporibus bene se exercitus credidisse meminerat

quoq; emilius scaurus repetūdarū reus perditam adeo et cōploratā defēsionē in iudiciū attulit ! vt cum accusator diceret lege sibi cētū atq; viginti hominibus denūciare testīoniū licere ! seq; nos recusare quominus absolueretur si totidem

nominasset quibus in prouinciam nichil abstulisset / tam bona conditione vti non potuerit. Tamē propter vetustissimā nobilitatem et recentem memoriam patris absolutus est. Sed quemadmodum splendor amplissimorum virorum in protegendis reis plurimum valuit / ita opprimendis non sane multum potuit. quinetiam euidēter noxiis dū eos acrius īpugnat / profuit. Scipio emilianus Cottā apud populū accusauit. Cuius cā quāq̄ grauissimis criminibus erat cōfossa / septies ampliata / et ad vltimū octauo iudicō absoluta est. quia homines verebantur ne precipui accusatoris amplitudini damnatio eius damnata existimaretur. quos hec secū locutos crediderim. nolumus caput alterius petentem / ī iudicium triumphos et trophea spoliaq̄ et deuictarum nauiū rostra deferre. Terribilis sit is aduersus hostem ciuis vero salutem tanto fragore glorie subnixus / ne insequatur. tam vehementes iudices aduersus accusatorem excellentissimū / q̄ mites in longe inferioris fortune reo.

C. Allidius Bononiensis in cubiculo marti noctu deprehēsus / cum ob id causam adulterii diceret / īter maximos et grauissimos infamie fluctus emersit / tanq̄ fragmētum naufragii leue admodum genus defensionis amplexus. Affirmauit enim se ob amorem pueri serui eo esse perductum. Suspectus erat locus suspectum tempus. suspecta matrisfamilie persona. supecta etiam adolescentia ipsius. Sed crimen

libidinis confessio intemperantie liberauit. Remissioris hoc Illud aliquanto grauioris materie exemplum.

Cum parricidii causam fratres celii dicerẽt splendido Carratine loco nati / quorum pater titus celius in cubiculo quiescens. filiis altero cubantibus / lecto erat interemptus / neq aut seruus quisq aut liber inueniretur / ad quem suspicio cedis pertineret / hoc vno nomine absoluti sũt / quia iudicibus planum est illos aperto hostio inuentos esse dormientes. Somnus innoxie securitatis certissimus iudex / miseris opẽ tulit. Iudicatum est enim rerum naturam non recipere / vt occiso patre / supra vulnera et cruorẽ eius quietẽ capere pote

Excurramus nunc eos quibus in cause dictione Crint. magis que extra questionem erant nocuerunt / q̃ sua innocentia opem tulit.

Scipio post speciosissimum triumphum de rege Anthiocho ductum / perĩde ac pecuniam ab eo accepisset damnatus est. non puto q precio corruptus fuerat / vt illũ totius Asie dominum / etiam europe victrices manus inicientem / vltra thaurũ montem submoueret. Sed alioquin vir sincerissime vite et hac suspicõe procul remotus / inuidie que tunc ĩ duorũ fratrũ ĩditis cognomibus habitabat / resistere nõ potuit.

Et Scipioni quidem maximus fortune fulgor / Ca. autẽ decano spectate integritatis viro vox sua exiciũ attulit. Nã cũ. P. furiũ ĩquinatissĩe vite pro rostris accusaret qz quadã

L

in parte actionis de morte Lucii Saturnini queri ausus fuerat / nec reum damnauit et insuper ei penas debitas pepēdit

Sextum quoq; ticium similis casus prostrauit. erat inocēs erat agraria lege lata gratiosus apud populū. tū q Saturnini imaginē domi habuerat / suffragiis eū tota cōtio oppressit

Adiciatur hiis Claudia. quam insontem crimine quo accusabatur / votum impium subuertit. quia cum a ludis domū rediens turba elideretur / optauerat vt frater suus maritimarum virium nostrarum precipua iactatura reuiuisceret. Sepiusq; consul factus / infelici ductu nimis magnam vrbis frequentiam minueret.

Possumus et ad illos breui diuerticulo transgredi / quos leues ob causas dominationis incursus arripuit.

M Miluius. Cn. Lolius. lucius Sextilius triumuiri / q ad incendium in sacra via ortum extinguendum tardius venerāt a tribunis plebis die dicta apud populum damnati sunt.

Item. P. Vilius triumuir nocturnus / a P. aquilio Tribuno plebis accusatus / populi concidit iudicio / quia vigilias negligentius circumierat.

Admodnm seuere note et illud populi iudicium. cum M. emilium Porcinam a lucio cassio accusatum crimine nimis sublime extructe ville in Alsiensi agro / graui multa affecit.

Non supprimenda illius quoq; damnatio / qui puerili sui nimio amore corruptus / rogatus ab eo ruri vt omasum in

cenam fieri iuberet/cum bubule carnis in propinquo emēde nulla facultas esset/domito boue occiso desideriū eius expleuit. eoq̧ nomine publica questione afflictus est. innocens nisi tam prisco seculo natus esset.

Tq̧ vt eos quoq̧ referamus qui in discrimen capitis adducti/ neq̧ damnati neq̧ absolui sunt.

APud M. popilium lenatem pretorem quidam q̧ matrem fuste percussam interemerat/ causam dixit. de qua neutram in partem late sententie sunt. quia abunde constabat eandē veneno necatorū liberorū dolore commotā quos auia filie infensa sustulerat/ parricidiū vltam esse parricidio. quorum alterum vltione/ alterum absolutione nō dignū iudicatū ē.

Adem hesitatione Publii quoq̧ Dolabelle proconsulari imperio asiam obtinentis/ animus fluctuatus est. Materfamilias Smirnea virum et filium interemit/ cum ab his optime indolis iuuenem quem ex priore viro enixa fuerat/ occisum comperisset. quam rem Dolabella ad se delatam/ athenas ad Ariopagi cognitionem relegauit. quia ipse neq̧ liberare duabus cedibus cōtaminatam/ neq̧ punire eam iusto dolore impulsam sustinebat. consideranter et mansuete. p. ro. magistratus sed Ariopagite quoq̧ nō minus sapienter. qui inspecta causa/ et accusatorem et ream post centū annos ad se reuerti iusserūt/ eodē affectu moti quo Dolabella. sed ille transferendo questionē hi differendo dānandi atq̧ absoluēdi

inexplicabilem cunctationem mutabant.

¶ Capitulum secundum de priuatis iudiciis insignibus.

PVblicis iudiciis adiciam priuata. quorū magis equitas questionum delectare: q̄ immoderata turba offendere lectorem poterit.

CLaudius centumalus ab auguribus iussus altitudinē domus sue quam in celio mōte habebat summittere: quia his ex arce augurium capientibus officiebat: vendidit eam Calphurnio lanario. nec indicauit quod imperatum a collegio augurum erat. a quibus Calphurnius demoliri domum coactus: M. portium catonem īcliti catonis patrem arbitrū cū Claudio adduxit: vt formulam daret quicquid sibi facere oporteret ex fide bona. Cato vt est edoctus de industria Claudium predictum sacerdotium suppressisse: continue illū calphurnio dampnauit. summa quidem cum equitate. quia bone fidei venditorem/ nec commodorum spem augere: nec īcommodorum cognitionem obscurare oportet. Notum suis temporibus iudicium cōmemoraui. Sed ne quod relaturus quidem sum: obliteratum est silentio.

Visellius varro graui morbo correptus: trecenta milia nummum ab Octalicia lateranensi cum qua commerciū libidinis habuerat/ expensa ferri sibi passus est: eo consilio vt si decessisset: ab heredibus eam summam peteret. Quam legati genus esse voluit. libidinosam liberalitatem debiti noīe

coloranđo/euasit. Deiđe Visellius ex illa tempestate aduer sus vota Octalicie que offensa q̄ spem prede sue morte non maturasset ex amica obsequenti subito destrictam feneratri cem agere cepit/ nūmos petendo. quos vt fronte inuerecun da/ita inani stipulatione captauerat. De qua re Ca. aquilius vir magne auctoritatis et scientia iuris ciuilis excellens iu= dex adductus/ adhibitis in consilium principibus ciuitatis/ prudentia et religione sua mulierem repulit. q̄ si eadem for mula Varro et dānari et aduersaria absolui potuisset / eius quoq; non dubito quin turpem et inconcessum errorem libē ter castigaturus fuerit. nūc priuate actionis calūniā ipse con pescuit. adulterii crimē publice questioni vīdicandū reliquit

Vlto animosius et vt militari spiritu dignum erat/se in consimili genere iudicii C. marius gessit. Nam cum. C. Ti cinius minturnensis Fanniam vxorem quam impudicā de ī dustria duxerat/ eo crimine repudiatam/ dote spolare cona= retur/ sumptus inter eos iudex in conspectu habita questio ne/ subductum Ticiniū monuit vt incepto desisteret. ac mu lieri dotem redderet. Quod cum sepius frustra fecisset/coac tus ab eo sententiā pronunciare/ mulierem impudicicie reā sextertio nummo Ticinium summa totius dotis damnauit. prefatus idcirco se hunc iudicandi modum secutum/ q̄ lique ret sibi Ticiniū patrimoīo Fannie insidias struentē īpudice coniugium expetisse. Fannia autē hec est/que postea Mariū

hostem a senatu iudicatum / scenoque paludis qua extractus oblitum / et iam in domum suam custodiendum minturnis deductum / ope quantacunque potuit adiuuauit / memor quod impudica iudicata esset / suis moribus . quod dotem seruasset / illius religioni acceptum ferri debere.

MVltus sermo eo etiam iudicō manauit / in quo quidā furti damnatus est / qui equo vsus cuius illi usque ariciam cōmodatus fuerat vlteriore eius municipii cliuo vectus eēt . quid aliud hoc loci quam verecundiam illius seculi laudemus / in quo tam minuti a pudore excessis puniebantur?

Capitulum tertium . Que mulieres apud magistratus pro se aut pro aliis causas egerunt.

E de hiis quidem feminis tacēdum / quas cōditio nature et verecundie stola ut in foro et indiciis tacerent / cohibere non valuit.

AMesia sententia rea causam suam L. ticio pretore iudiciū cogente / maximo populi cōcursu egit. motusque omnes ac numeros defensionis non solum diligenter sed etiam fortiter executa / et prima actione et pene cunctis sententiis liberata est. Quam quia sub specie femine virilem animum gerebat Androgmen appellabant.

Aia afrania vero Licinii Buccaonis senatoris uxor prōpta ad lites contrahendas / pro se semper apud pretorē verba fecit. nō quod aduocatis deficiebat / sed quod īpudētia abūdabat.

ne mulieres apud magistratus ... pro se aut pro aliis causas agerent

Itaq; inusitatis foro latratibus / assidue tribunalia excercendo / muliebris calumnie notissimum exemplum euasit. adeo vt pro crimine / improbis feminarum moribus Ca. afranie nomen obiciatur. prorogauit autem spiritum suum ad Ca. cesarem tercio / iterum Seruilium / consules. Tale enim mōstrum magis quo tempore extinctum / q̃ quo sit ortum memorie tradendum est.

HOrtensia vero. Q. hortensi filia cum ordo matronarum graui tributo a triūuiris oneratus / nec quisq̃ virorū patrocinium eis accomodare auderet / causā feminarum apud triūuiros et constanter et feliciter egit. Representata enī patris facūdia / impetrauit vt maior pars impetrate pecunie his remitteretur. reuixit cum muliebri stirpe Q. hortensius. verbisq; filie aspirauit. cuius si virilis sexus posteri vim sequi voluissent / hortensiane eloquentie tanta hereditas vna femine actione abscisa non esset.

Capitulum quartum de questionibus.

ATq; vt omnes iudiciorum numeros exequamur / questiones quibus aut creditum nō ē / aut temere habita fides est / referamus.

Agri argentarii seruus Alexādri rafani seruum occidisse insimulatus est. eoq; nomine tortus a domino admisisse id facinus constantissime asseuerauit. Itaq; Fannio deditus supplicio affectus est. Paruulo deinde tempore interiecto /

ille cuius de nece creditum erat ! domum rediit.

Contra Rafani seruus Alexander ! cũ in hanc suspitionẽ C. fuluii equitis romani occisi venisset ! sexies tortus pernegauit ! ei se culpe affinem fuisse. sed perinde atq; confessus et a iudicibus damnatus ! et a L. calphurnio triumuiro ĩ crucem actus est.

Item Fuluio Flacco causã dicẽte ! Philippus seruus eius ĩ quo tota questio nitebatur / occies tortus ! nullum omnino verbum quo dominus perstringeretur emisit. et tamen reus damnatus est. cum cercius argumẽtum innocentie vnus occies tortus exhiberet ! q̃ꝫ octo semel torti prebuissent.

Capitulum quintum de testibus.

Sequitur vt ad testes pertinentia exempla cõmemorem. Gneo et Quinto seruiliis Scipionibus isdem parentibus natis et per omnes honorum gradus ad summam amplitudinẽ prouectis ! item fratribus metellis Q. et L. consularibus et censoribus ! altero etiam triumphali ! in Q. illum Pompeium Auli filiũ repetundarum reum acerrime dicentibus testimonium ! nõ arrogata fides absoluto pompeio sed ne potentia inimicum oppressisse viderentur occursum est.

Et etiam emilius scaurus princeps senatus Cn. meniũ repetundarum reum destricto testimonio insecutus est. Itẽ Ca. flauiũ eadem lege accusatũ testis proscidit. Itẽ Q. norbanũ

maiestatis crimine publice questioni subiectum / ex professo opprimere conatus est. nec tamen aut auctoritate qua plurimum pollebat / aut religione de qua nemo dubitabat quenq̃ quoq̃ crassus tãtus apud iudices eorũ affligere potuit quãtus apud p. c. emilius scaurus (nãq̃ eorũ suffragia robustissimis et felicissimis eloquẽtie stipẽdiis regebat. eratq̃ sic fori / vt ille curie princeps) cũ vehemẽtissimũ testimonii fulmẽ ĩ M. marcellũ reũ iiecisset / impetu grauis exitu vanus

Age Q. metellus pius L. marcus luculi Q. apparuit. hortensius M. lepidus. Ca. cornelii maiestatis rei nõ modo testes onerauerunt salutem / sed etiam negantes illo ĩcolumi stare rem p. posse deposcerunt. que dedecora ciuitatis pudet referre / umbone iudiciali repulsa sunt.

Quid M. cicero / forensi militia summos honores amplissimumq̃ dignitatis locum adeptus / nonne in ipsis eloquẽtie sue castris testis abiectus est / dum Publium claudium Rome apud se fuisse iurauit / illo sacrilegum flagitium vno argumento absentie tuente / Siquidem iudices Claudium incesti crimine / q̃ ciceronem ĩfamia periurii liberare maluerũt. tot eleuatis testibus vnum cuius noua ratione iudicium ingressa auctoritas confirmata est / referam.

P. seruilius consularis censorius triumphalis qui maiorũ suorum titulis Isaurici cognomen adiecit / cum forum preteriens testes in reum dari vidisset / loco testis constitit. Ac

per summã inter patronorũ pariter et accusatorũ admiracõ nem sic orsus est. hũc ego iudices qui causam dicit cuias sit! aut quam viam egerit! quãq; merito vel iniuria accusetur! ignoro. Illud tantũ scio cũ occurrisset michi Laurẽtina via iter facienti admodum angusto loco equo descendere noluisse. quod an aliquid ad religionem vestram pertineat! ipsi extimabitis. ego id supprimendum non putaui! iudices eũ reũ vix auditis ceteris testibus damnarunt. Valuit enim apud eos cum amplitudo viri! tũ grauis neglecte dignitatis eius indignatio. Eumq; qui venerari principes nesciret! in quodlibet facinus procursurum crediderunt.

Ca. vi. Qui que in aliis vindicauerunt ipsi commiserunt

Et illos quidẽ latere patiamur qui que ĩ aliis vindicarũt ipsi commiserũt Cn. lucinius cognoĩe hosplomacus! a pretore postulauit. vt patri suo bonis tanq̃ ea dissipanti interdicerẽtur. Equidem quod petierat ĩperauit. sed ipse paruo post tempore mortuo sene! ampla ab eo relicta predia festinanter consumpsit. Dignus hac a vicissitudine pene affuit! quonam hereditatẽ absumere q̃ heredem maluit tollere.

Autem marius cũ magnum et salutarem rei p. ciuẽ ĩ L. saturnino opprimendo egisset! a quo ĩ modum vexilli pilleũ seruituti ad arma capienda ostentatum erat! L. silla cũ exercitu in vrbem inrumpente! ad auxiliũ seruorũ pilleo sublato

cōfugit. Itaq dum facinus quod punierat imitatur/alterū Marium a quo affligeretur inuenit.

C vero licinius stolo cuius beneficō plebis petēdi consulatū potestas facta est/ cum lege sanxisset ne quis amplius quin quagita agri iugera possideret/ ipse mille cōparauit. simulā diq crimis grā/dimidiā partē filio emācipauit. Quā ob cām a M. popilio leuate accusatus/ primus sua lege cecidit. ac do cuit nichil aliud precipi debere/ nisi quod prius quisq sibi i= autem varius propter obscurum ius ciuitatis perauit Hibrida cognomiatus/tr. pl. legē aduersus intercessionem collegarum prorogauit. que iubebat queri quorū dolo ma= lo socii ad arma ire coacti essent magna cum clade rei p. So ciale enim prius deinde ciuile bellum exitauit. sed dum ante pestiferum tr. pl. q certum ciuem agit/sua lex eum dome= sticis laqueis constrictum absumpsit.

Capitulum septimum De studio et industria.

QVid cesso vires īdustrie cōmemorare? cuius alacri spiritu militie stipendia roborātur. Fo rēsis gloria accēditur. fido sinu cūcta studia recepta nutriuntur. quicquid aīo/quicquid manu/ quid lin= gūa admirabile est/ad cumulū laudis perducitur. Que cum sit perfectissima virtus/duramento sui confirmatur.

Cato sextū et octogesimū annū agens/ dum in re p. tuen da iuuenili aīo prestat/ ab inimicis capitali crimīe accusatus

cām suā egit. Neq aut memoriā eius quisquā tardiorē aut firmitatē lateris vlla ex parte quassatā: aut os hesitatione īpeditum aīaduertit. quia oīa ista in suo statu equali ac perpetua industria continebat. quietiā ī ipso diutissime acte vite fine/ disertissimi oratoris Galbe accusacōni defēsionē suā pro L Dē grecis literis erudiri cōcupiuit. hispania opposuit Quā sero: inde estimemus q etiā latinas pene iā senex didicit. Cūq eloquētia magnā gloriā partā hēret: id egit vt iuris ciuilis quoq esset peritissimus. Cuius mirifica proles propior etati nostre Cato: ita doctrine cupiditate flagrauit: vt ne iiuria quidē dū senatus cogitur: tēperaret sibi quo minus grecos libros lectitaret. Quaquidem industria ostendit aliis tempora deesse: alios superesse temporibus.

Erentius aūt varro hūane vite exēplū etatis spatio: non annis quibus seculi tēpus equauit: q stilo viuatior fuit. In eodē enī lectulo et spūs eius: et egregiorū operū cursus ex C Onsimilis perseuerātie Liuius drusus. tinctus est. qui etatis viribus et acie oculorū defectus: ius ciuile populo benignissie īterpretatus ē. vtilissiaq discere id cupientibus/ monumēta cōposuit. Nā vt senē illū natura: cecū fortuna facere potuit: ita neutra interpellare valuit ne non aīo vero senator et Lupus pōtius et videret et vigeret. eques romanus suis tēporibus celebres cārum auctores luminibus capti: eadē īdustria forēsia stipēdia exequuti sūt. Ita

ꝙ frequētius etiā audiebātur/cōcurrētibus aliis/ qz ingenio eorū delectabātur. aliis/qz cōstātiā admirabātur. Nāqꝫ alio īcomodo perculsi/ secessū petūt. duplicāt tenebras fortuitis voluntaria adicientes.

IAm P. crassus cum in asiā ad aristonicū regem debellā dum consul venisset/tanta cura grece lingue noticiam aīo cō prehendit/ vt eam in quinqꝫ diuisam genera per omnes par tes ac numeros penitus cognosceret. Que res maximum ei sotiorum amorem conciliauit/ qua quis eorum lingua apud tribunal illius postulauerat eadem decreta reddenti.

E Roscius quidem subtrahatur scenice industrie notissi mū exēplum. qui nullum unꝙ̄ spectanti populo gestum ni si quem domi meditatus fuerat/ponere ausus est. Quapro pter non ludiera ars Rosciū/ sed Roscius ludicrā artē cōmē dauit. Nec vulgi tantum fauorem/ verum etiā principū fa miliaritates amplexus est. Nec sunt attenti et anxii et nūꝙ̄ cessantis studii premia. Propter que/ tantorū virorū laudi bus non impudenter se persona histrionis inseruit.

GReca quoqꝫ industria quoniam nostre multum profuit/ quē meretur fructū/latīa līgua recipiat. Demostenes cuius cōmemorato noīe maxīe eloquentie cōsummatio audientis animo oboritur/cum inter inicia iuuente/ artis quā affecta bat primā litterā dicere nō posset/ oris sui viciū tāto studio expugnauit/vt ea a nullo expressius referretur Deīde pro

pter nimiã exilitatẽ / acerbã auditu vocẽ suã / exercitacõe con tinua ad maturum et gratũ auribus sonũ perduxit. Lateris etiã firmitate defectus / quas corporis habitus vires negaue rat / a labore mutuatus est . multos enĩ versus vno spiritus impetu cõplebat. eosq; aduersa loca celeri gradu scãdens pro nũciabat. ac vadosis littoribus ĩsistens / declamationes fluc tuũ fragoribus obluctantibus edebat . vt ad fremitus conci tarũ cõtionum patiẽtia duratis actionibus vteretur. Fertur quoq; ore insertis calculis multũ ac diu loqui solitus / quo va cuum promptius esset et solutius. preliatus est cum rerũ na tura. Et victor equidẽ abiit / malignitatẽ eius pertinacissimo animi robore superando . Itaq; alterũ Demosthenẽ mater. alterum industria enixa est.

Tq; vt ad vetustiorem industriam actum transgrediar / Pytagoras perfectissimũ opus sapientie a iuuẽte pariter et omnes honestatis percipiende cupiditatem ingressus (nihil enim ad vltimum sui peruenturum est finem . quod non et mature et celeriter incipit) egiptum petiit. Vbi litteris gen tis eius assuefactus / preteriti eui sacerdotum cõmentarios scrutatus / ĩnumerabilium seculorum obseruationes cogno uit. Inde ad persas profectus / magorum exactissime prudẽ tie se formãdũ tradidit . a quibus siderũ motus cursusq; stel larũ et vniuscuiusq; vim / prorietatẽ / effectũ benignissĩe de mõstratũ / docili aĩo scripsit . Cretam deĩde et Lacedemoniã

nauigauit. quarū legibus ac moribus inſpectis / ad olimpi=
cum certamen deſcendit. Cūq3 multiplicis ſcientie cum ma
xima Gretie admiratione ſe ſpecimē exhibuiſſet / quo cogno
mine cenſeretur interrogatus / non ſe ſapientem (iam enim
illud ſeptem excellentes viri occupauerant) ſed amatorē ſa=
pientie id eſt grece philoſophon edidit. In italie etiam par=
tem que tunc maior gretia appellabatur perrexit. ī qua plu
rimis et opulentiſſimis vrbibus effectus ſtudiorū ſuorum
approbauit. Cuius ardentem rogum plenum venerationis
oculis metapontus aſpexit opidum / Pytagore q̃ ſuorū cine
rum nobilius clariuſq3 monumentum.

PLato autem patriam athenas / preceptorem ſortitus So
cratem / et locum et hominem doctrine fertiliſſimum / īgenii
quoq3 diuina inſtructus abundantia / cum omniū iam mor=
talium ſapientiſſimus haberetur / eo quidem vſq3 / vt ſi ipſe
Iupiter celo deſcendiſſet / nec elegantiore / nec beatiore facū
dia vſurus videretur / egiptum peragrauit. dum autē a ſacer
dotibus eius gentis geometrie multiplices numeros a cele
ſtium obſeruationum rationes percipit / quoq3 tēpore a ſtu=
dioſis iuuenibus certatim Athene Platonem doctorē querē
tibus petebātur / ipſe nili flumīs īexplicabiles ripas vaſtiſſi
moſq3 cāpos / effuſā barbariā. et flexuoſos foſſarū ambitus
egiptiorū ſenum diſcipulus luſtrabat. Quo minus miror
eū ī italiā tranſgreſſum / vt ab archita tarentino / a Thimeo

et Arione/et ceteris locis / Pythagore precepta et instituta acciperet . tanta enim vis tanta copia litterarum vndiq; colligenda erat/ vt inuicem per totum terrarū orbem dispergi et dilatari posset . Altero etiam et octogesimo anno decedens/ sub capite sophonis mimos habuisse fertur. Sic ne extrema quidem eius hora agitatione studii vacua fuit.

AT Democritus eum diuiciis censeri posset / que tāte fuerūt / vt pater eius xersis exercitui epulū dare ex facili potuerit / quo magis vacuo aīo studiis litterarum esset operatus/ parua admodum retenta sūma/ patrimoniū suū patrie donauit. Athenis autē cōpluribus annis moratus / oīa tēporum momēta ad percipiendā et exercēdā doctrinā cōferēs ignotus illi vrbi vixit . quod ipse quondā volumine testatur / stupet mēs admirationem tante industrie et iam transit alio.

Arneades laboriosus et diuturnus sapientie miles(siquidem nonaginta expletis annis idem illi viuendi ac philosophandi finis fuit) Ita se mirificum doctrine operibus addixerat/vt cum cibi capiendi causa recubuisset/ cogitationibus inherens/ manum ad mensam porrigere obliuisceretur. sed eum Mellissa quam vxoris loco habebat/ temperato īterstudia non interpellandi/ sed inedie succurrendi officō/ dexterā suis necessariis vsibus aptabat. ergo aīo tātūmō vita fruebatur. corpore vero quasi alieno et superuacuo circūdatus erat

IDem cū Crisippo disputaturus / elleboro se ante purga=

bat/ ad exprimendum ingenium suum attentius. et illius re fellendum acrius. quas potiones industria solide laudis cupidis. appetendas effecit.

QVali porro studio Anaxagorã flagrasse credimus? qui cũ diutina peregrinatione patriã repetisset/ possessionesq; desertas vidisset/ nõ essem inquit ego saluus nisi iste perissent Vocem petite sapientie compotem. nam si prediorũ potius q̃ ingenii culture vacasset/ dominus rei familiaris intra penates mansisset/ non tantus Anaxagoras ad eos redisset.

Archimedis quoq; fructuosam industriam fuisse dicerem nisi eadẽ illi et dedisset vitã et abstulisset. Captis enim Siracusis Marcellus machinationibus eius multum ac diu victoriam suam inhibitam senserat. Eximia tamen homĩs prudẽtia delectatus/ vt capiti illius parceretur edixit / pene tantũ glorie in Archimede seruato/ quantum in oppressis Siracusis reponens. At is dum animo et oculis ĩ terra defixis/ formas describit/ militi qui predandi gratia domum irruperat/ strictoq; super caput gladio quisnam esset iterrogabat? propter nimiam cupiditatem inuestigandi veri quod inquirebat nomẽ suũ ĩ dicare nõ potuit. sed protracto manibus puluere noli ĩquit obsecro istũ disturbare. ac perĩde quasi negligens imperii victoris obtrũcatus/ sanguine suo artis sue lineamẽta cõfudit. Quo accidit/ vt propter idem studiũ modo donaretur vitã/ modo spoliaretur.

Ocratē etiā cōstat etate prouectū fidibus tractādis operā da re cepisse/ satius iudicātē eius artis vsū sero/ q̄ nūq̄ percipe re, et quātula socrati accessio illa futura sciētia erat? sed per nicax hoīs īdustria. tātis doctrine sue diuitiis etiā musice ra tionis vilissimū elementū accedere voluit. Ergo dū ad discē dū sēper se pauperē credidit/ ad docēdū fecit locupletissimū.

Tq̧ vt longe et felicis industrie quasi in vnum aceruum exempla redigamus/ ysocrates nobilissimum librum qui inscribitur/ quartum et nonagesimum annum agens ita vt ipse significat/ composuit/ opus arden tis spiritus plenum. ex quo apparet senescentibus membris eruditorum/ intus animos industrie beneficiō florem iuuen te retinere. neq̧ hoc stilo terminos vite sue clausit. namq̧ ad mirationis eius fructum quinquennio percepit.

CIterioris etatis metas/ sed non parui tamen spacii Crisip pi viuacitas flexit. Nā octuagesimo anno ceptum vnde qua dragesimo exactissime subtilitatis volumē reliquit. cuius studium in tradendis ingenii sui monumētis tantum opere/ laborisq̧ sustinuit/ vt ad ea que scripsit peni tus cognoscenda/ longa vita sit opus.

E quoq̧ Cleanthe tam laboriose haurientem/ et tam per tinaciter tradentem sapientiam/ numen ipsius industrie su spexit/ cum adolescentem questu extrahende aque nocturno tempore inopiam tuam sustinentem/ diurno Crisippi pre=

ceptis percipiendis vacantem / eundemq; ad vndecentesimū annum attenta cura erudientem / auditores tuos videret. Duplici enim labore vnius seculi spatium occupasti / incertum reddendo discipulus ne / an preceptor esses laudabilior.

Ophocles quoq; gloriosum cum rerum natura certamen habuit / tam benigne mirifica illa opera sua exhibendo / q̄ illa operibus eius tempora liberaliter subministrando. prope enim centesimum annum attigit / sub ipsum trāsitū ad mortem Edipode ¶ scripto qua sola fabula omnium eiusdem studii poetarum preripere gloriā potuit. idq; ignotum esse posteris filius Sophoclis Sophon noluit sepulchro patris que retuli in sculpendo.

Simonides vero poeta octogesimo anno et docuisse carmina / et in eorum certamen descēdisse ipse gloriatur. Nec fuit iniquum illum voluptatem ex ingenio suo diu percipere / cum eam omni euo fruendam traditurus esset.

Am Solon quanta industria flagrauerit / et versibus cō plexus est / quibus significat quotidie aliquid addicentē senescere / et supremo vite die cōfirmauit / quod assidātibus amicis et quadam de re sermonem inter se conferentibus / fatis iam pressum caput erexit / Interrogatusq; qua propter id fecisset / respondit / vt cum istud quicquid est de quo disputatis percepero / moriar. Migrasset profecto ex hominibus inertia si eo animo vitam igrederentur / quo eam Solō egressus ē.

QVam porro industrius! Temistodes qui maximarum rerum cura districtus! omnium tamen ciuium suorum nomina memoria comprehendit. Per summamq; iniquitatem patria pulsus! et ad xersen quem paulo ante deuicerat confugere coactus! priusq̄ in conspectu eius veniret Persico sermone se assuefecit! vt labore parta commendatione! regiis auribus familiarem et assuetum sonum vocis adhiberet.

Vius vtriusq; industrie laudem duo reges partiti sunt. Cyrus omnium militum suorum nomina. Mitridates duarum et viginti gentium que sub regno eius erant linguas ediscendo. ille! vt sine monitore exercitum salutaret. hic! vt eos quibus imperabat sine interprete alloqui posset.

Capitulum octauum. De ocio.

Ciū quod īdustrie et studio maxīe cōtrarium videtur! precipue subnecti debet. nō quo eua nescit virtus! sed quo recreatur. alterū enī! etiā īertibus vitādū. alterū! strenuis quoq; īterdū appetēdū est. Illis! ne propriā vitā īertē exigat. his! vt tēpestiua laboris intermissione ad laborandum fiant vegetiores.

Ar vere amicicie clarissimū Scipio et Lelius! cum amoris vinculo! tum etiam omnium virtutum inter se vinctum societate! vt actuose vite iter equali gradu exequebantur! ita animi quoq; remissioni comuniter acquiescebāt. Cōstat nāq; eos Caiete et Laurenti vagos littoribus cōculas et calculos

lectitasse. idq; se. P. crassus ex socero suo Sceuola qui gener Lelii fuit audisse / sepenumero predicauit.

SCeuola autem quiete remissionis eorum certissimus testis / optime pila lusisse traditur. quia videlicet ad hoc diuerticulum animum suū forensibus ministeriis fatigatū / transferre solebat. alee quoq; et calculis interdum vacasse dicitur / cum bene ac diu iura ciuium et cerimonias deorum ordinasset. Vt enim in rebus seriis Sceuolam / ita in Scurrilibus lusibus hominem agebat / quem rerum natura continui laboris patientem esse non sinit.

Dq; vidit cui nulla pars sapientie obscura fuit socrates. Ideoq; non erubuit tunc / cum īterposita arundine cruribus suis / cum paruulis filiolis ludens / ab Alcibiade risus est.

HOmerus quoq; ingenii celestis vates non aliud sensit / vehementissimus Achilis manibus canoras fides aptando / vt earum militare robur leni pacis studio relaxaret.

Capitulū nonū. Quanta vis sit eloquentie.

DOntentiam vero eloquētie et si plurimū valere aīaduertimus / tamē sub propriis exēplis quo sci licet vires eius testatiores fiāt / recognosci cōuenit.

Egibus exactis plebs dissidēs a patribus iuxta ripā flumīs admenis ī cole qui sacer appellabatur / armata cōsedit. eratq; nō solū deformis / sed etiā miserrimus. r. p. status / a capite eius certa parte corporis pestifera seditione disa

L

ac ni Valerii subuenisset eloquentia/ spes tanti imperii in ipso pene ortu suo corruisset. Is namq populum noua et isolita libertate temere gaudentem/ oratione ad meliora et saniora consilia reuocatum/ senatui subiecit. Idem vrbem vrbi iunxit. Verbis ergo facūdis ira. cōsternatio. arma cesserūt.

Ve etiam marianos Cinnanosq mucrones ciuilis profūdendi sanguinis cupiditate furentes/ inhibuerunt. Missi enim a seuissimis ducibus milites ad marcū āthoniū obtrūcandum/ sermone eius obstupefacti/ destrictos iam et vibrātes gladios cruore vacuos vaginis reddiderunt. Quibus digressis/ P. antonius (is enim solus ī ambitu expers antoniane facundie steterat) crudele imperiū truculento ministerio peregit. Quā disertum igitur eum fuisse putemus/ quē nec hostium quidem quisq occidere sustinuit. qui modo vocem eius ad aures suas voluit admittere?

DIuus quoq iulius q celestis numinis tam etiam hūani ingenii perfectissimnm columen/ vim facundie proprie expressit/ dicendo in accusatione Cn. dolabelle quem reū egit/ extorqueri sibi causam optimam Lucii cotte patrocinio. Si quidem tunc ei maxima eloquentie laus quesita est/ quando iulius eius institit studio et actioni. cuius facta mētione quoniam domesticum nullum maius adiecerim exemplum/ peregrinandum est.

isistratis dicēdo tantum valuisse traditus est/ vt ei Athe

nienses regium imperium oratione capti permitterent / cū presertim e contraria parte amantissimus patrie Solon nite retur. sed alterius salubriores erant contiones alterius diser tiores. quo euenit / vt alioquin prudentissima ciuitas liberta ti seruitutem preferret.

Ericles autem felicissimis nature incrementis sub Ana xagora preceptore summo studio perpolitus et instructus / liberis Athenarum ceruicibus iugum seruitutis imposuit. Egit enim ille vrbem et versauit arbitrio suo. cumq; aduer sus voluntatem populi loqueretur / iocunda nichilominus et popularis eius vox erat. Itaq; veteris comedie maledica lingua quāuis potentiam viri perstringere cupiebat / tamen ī labris homīs melle dulciorem leporem fatebatur habitare. inq; animis eorū qui illum audierāt / quasi aculeos quosdam relinqui predicabat.

FErtur quidā cum admodum senex prime contioni Peri clis adolescentuli interesset / idemq; iuuenis Pisistratum de crepitum iam contionantē audisset / non temperasse sibi quo minus exclamaret caueri illū ciuem oportere / q; Pisistrati orationi simillima eius esset oratio / nec hominem aut estima tio eloquii aut morū augurium fefellit. Quid eni inter Pi sistratum et Periclem īterfuit / nisi q; ille armatus / hic sine armis tyrannidem gessit?

Vantū eloquentia valuisse Hegesian cyrenaicū philoso

phum arbitramur? qui sic mala vite representabat: vt eorũ miseranda imagine audiẽtium pectoribus inserta multis voluntarie mortis oppetende cupiditatem ingeneraret. Ideoq; a rege Ptolomeo vlterius hac de re disserere prohibitus est

Ca.x. Quãtũ momentũ sit ĩ pronũciatione et apto mo=

Loquentie autẽ ornamẽta in= tu corporis pronũciatione apta et conueniente motu corporis consistunt. quibus cum se ĩstruxit: tribus modis homines aggreditur: animos eorum ipsa inuadendo. horũ alteri aures: alteri oculos permulcẽdos tradẽdo Sed vt propositi fides in personis illustribus exhibeatur Ca. gracchus eloquentie: q̃ propositi felicioris adolescens (quoniam flagrantissimo ingenio cũ optime rem publicam tueri posset: perturbare impie maluit) quotiens apud populum contionatus est: seruum post se musice artis peritũ habuit. qui oculte eburnea fistula pronunciationis eius modos formabat: aut nimis remissos excitando: aut plus iusto concitatos reuocando. quia ipsum calor atq; ĩpetus actionis grachum attentum huiusce temperamenti estimatorem ẽẽ non patiebatur.

autẽ hortensius plurimũ in corporis decoro motu repositum credens: pene plus studii in eodẽ elaborando: q̃ in ipsa eloquentia affectanda impedit. Itaq; nescires vtrum cupidius ad audiendum eum an ad spectandum concurreretur.

ſic verbis oratoris aſpectus / et rurſus aſpectui verba ſeruie
COnſtat Eſopū Roſciūq͂ ludicre artis peritiſ bant.
ſimos / illo cauſas agente in corona frequenter aſtitiſſe. vt
foro petitos geſtus in ſcenam referrent.

Am M.cicero quantū in vtraq͂ re de qua loquitur mo-
menti ſit/oratione quam pro gallo habuit ſignificauit/ M.
calidio accuſatori exprobrando / q͂ preparatū ſibi a reo vene
nū teſtibus / chirographis / queſtionibus probaturū affi.
mans / remiſſio vultu et languida voce et ſoluto genere ora
tionis vſus eſſet/ Pariterq͂ et oratoris vicium detexit/et cāe
periclitantis argumenta adiecit/ totum hunc locum ita clau
dendo tu ne iſtud M.calidi niſi fingeres/ſic non ageres?
COnſentaneū huic demoſthenis iudicium . qui cum inter
rogaretur quidnam eſſet in dicendo efficaciſſimū? reſpōdit
Iterum deinde et tertio interpel
latus/ idem dixit pene totum ſe illi debere confitendo.

Ecte itaq͂ Eſchines cum propter iudicialem ignominiam
relictis athenis Rhodum petiſſet / atq͂ ibi rogatu ciuitatis
ſuam prius in Theſiphontem /deinde demoſtenis pro eodē
orationem clariſſima et ſuauiſſima voce recitaſſet/ ammirā
tibus cunctis vtriuſq͂ voluminis eloquentiā / ſed aliquanto
magis Demoſthenis / quit ſi inquit ipſum audiſſetis? Tan
tus orator et modo tam infeſtus aduerſarius ſic inimici vī
ardoremq͂ dicendi ſuſpexit / vt ſe ſcriptor eius parū idoneū

lectorem esse predicaret! expertus acerrimū vigorem oculo
rum. terribile vultus pondus . accomodatum singulis ver=
bis sonum vocis. efficacissimos corporis motus . Ergo et si
operi illius adici nichil potest! tamen in demosthene magna
pars Demosthenis abest! quod legitur potius q̃ auditur.

Ca. vndecimū . q magni effectus artium sint.

Effectus artiū recognosc i posse aliquid affert
voluptatis . protinusq̧ et q̃ vtiliter excogita
te sint patebit. et memoratu digne res lucido
ī loco reponetur ! et labor ī hiis edendis suo fructu non care
bit.

SVlpicii galli maximum in omni genere litte=
rarum recipiendo studium plurimū. r. p. profuit . Nam cū
Lucii pauli bellum aduersū regem Persen gerētis legatus
esset ! ac serena nocte subito luna defecisset ! eoq̧ velut diro
quodam monstro perterritus exercitus noster / manus cum
hoste conserendi fidutiam amisisset! de celi ratione et siderū
natura peritissime disputando! alacrem eum in aciē misit.
Itaq̧ inclite illi Pauliane victorie liberales artes Galli adi=
tum dederūt . quia nisi ille metū nostrorū militum vicisset!
imperator vincere hostes non potuisset.

Purinne quoq̧ in cōsectandis deorū monitis efficatior sci
entia apparuit! q̃ vrbs romana voluisset. Predixerat Ca. ce
sari vt proximos triginta dies quasi fatales caueret ! quorū
vltimus erat idus marcie . Ergo cum forte mane vterq̧ in

domum caluini domicii ad officium cōuenissent! cesar Spu
rine. e quid scis iam idus martias venisse? Et is. e quid scis
illas nondum preterisse? Abiecerat alter timorem tanq̃ exac
to tempore suspecto. alter ne extremam quidem eius partē
periculo vacuam esse arbitratus est. Vtinam aruspicē po
tius augurium! quā patrie parētem securitas fefellisset.

SEd vt alienigenas scrutemur. Cum obscurato repente so
le inusitatis profuse tenebris Athene sollicitudine ageren=
tur! interitum sibi celesti denunciatione portendi credentes!
Pericles processit in medium. et que a preceptore Anaxago
ra pertinentia ad solis et lune cursum acceperat! disseruit.
nec vlterius trepidare ciues suos vano metu passus est.

Vantum porro dignitatis a rege Alexandro tributum
arti existimamus! qui se et pingi ab vno Appelle! et fingi a
Lisippo tantummodo voluit?

TEnet visentes athenas Vulcanus Alchimenis manibus
fabricatus. preter cetera enim perfectissime artis in eo pre=
currētia indicia! etiam illud mirantur quod stās dissimulate
claudicationis sub veste leuiter vestigium representans! vt
non exprobratum tanquā viciū! ita tāquā certam propriāq;
dei notam decore significans.

Vius coniugem Praxiteles in marmore quasi spirātem
in templo Cindiorū collocauit. propter pulcritudinē operis
a libidinosi cuiusdam complexu parum tutam.

QVo excusabilior est error equi. qui visa pictura eque hinitum edere coactus est.

T canū latratus! aspectu picti canis incitatus est.

TAurusq3 ad amorem et concubitum enee vacce Siracusis nimie similitudinis irritamento compulsus. quid enī vacua rationis animantia arte decepta miremur! cum hominis sacrilegam cupiditatem / muti lapidis liniamentis exitatam videamus? Ca. xii. Quedā nulla arte effici posse.

Eterum natura queādmodum sepenumero emulam virium suarum artem esse patitur ita aliquando irritam fesso labore dimittit. Quod summi artificis Eufranoris manus senserunt.

Am cum Athenis duodecī deos pingeret! Neptuni imaginem q̄ poterat excellentissimis maiestatis coloribus complexus est! perinde ac Iouis aliquanto augustiorem represētaturus. Sed omni impetu cogitationis in superiore opere absumpto! posteriores eius conatus assurgere quo tendebāt nequiuerunt.

QVid ille alter eque nobilis pictor? Luctuosum immolate Ephigenie sacrificium referens! Cum Calchanta tristem mestum Vlixen! clamantē Aiacem! lamentantem Menelaū circa aram statuisset! caput Agamenonis in voluendo nonne summi meroris acerbitatem arte non posse exprimi cōfessus est. Itaq3 pictura eius auruspicis et amici et fratris lacrimis

madet. patris fletum spectantis affectu estimādū reliquit.

Tq; vt eiusdem studii adiiciam exemplum / precipue ar- tis pictor equum ab exercitatione venientem modo non vi- uum labore industrie sue comprehenderat. Cuius naribus spumas adicere cupiens tantus artifex / in tam paruula ma teria multum ac diu frustra terebatur. Indignatione deīde accensus / spongeam omnibus imbutam coloribus forte iux ta se positam apprehendit. et eam veluti corrupturus opus suum tabule illisit. quam fortuna ad ipsas equi nares direc tam desiderium pictoris coegit exemplare. itaq; quod adum brare non valuit / casus imitatus est. ¶ Capitulum .xiii.

Sue quenq; artis optimum et auctorem esse et disputatorē.

QVe autem artis vnumquenq; et auctorem et disputatorem optimum esse ne dubitemus / paucis exemplis admoneamus.

QVintus Sceuola legum clarissimus et certissimus vates quotienscunq; de iure pretorio consulebatur / ad Furium et Cassellium (quia huic scientie dediti erant) consultores reici bat. quam auctoritatem minuebat / ab hiis id negotium apti us explicari posse confitendo / qui quotidiano vsu eius calle bant. sapientissimi igitur artis sue professores sūt a quibus et propria studia verecundie / et aliena tam callide estimātur. Latonis quoq; eruditissimū pectus hec cogitatio attigit. Qui condictores sacre are de modo et forma eius secum ser

mone conferre conatos / ad Euclidem geometram ire iussit scientie eius cedens immo professioni.

Loriantur Athene armamentorio suo. nec sine causa. est enim illud opus et impensa et elegantia visendum. Cuius architectum Philonem ita facunde rationem institutionis sue in theatro reddidisse cõstat / vt disertissimus populus nõ minorem laudem eloquentie eius q̃ arti tribueret.

Mirifice et ille artifex qui in opere sui moneri se a sutore suo de crepida et ansulis passus / de crure etiam disputare incipientem supra plantam ascendere vetuit.

Ca. xiiii. De Senectute.

Senectus quoq ad vltimum sui finẽ prouecta / in hoc eodem opere iter exempla ĩdustrie in aliquot claris viris conspecta est. separatum tamen et proprium titulum habebat / ne cui deorum ĩmortalium precipua indulgentia affuit / nostra ornata mentio defuisse existimetur. Et simul spe diuturnioris vite quasi adminicula quedam dentur. quibus insistens alacriorẽ se respectu vetuste felicitatis facere possit. trãsquilitatemq seculi nostri quo nulla vnquã beatior fuit / subinde fidutia cõfirmet. salutaris principis ĩcolumitatem ad longissimos humane conditionis terminos prorogando.

M. valerius coruinus centesimum annum cõpleuit. Cuius inter primum et sextum consulatũ quadringẽta et sex anni

intercesſerunt. ſuffecitq; integris viribus corporis non ſolū ſpecioſisſimis rei publice miniſteriis. ſed etiam exactisſime agrorum ſuorum culture et ciuis et patrisfamilie optabile exemplum.

Vius vite ſpacium equauit Metellus. Quartoq; anno poſt conſularia imperia ſenex admodum pontifex maximus creatus: tutelam cerimoniarum per duos et viginti annos. neq; ore in votis nuncupandis heſitāte: neq; in ſacrificiis faciendis tremula manu gesſit.

Q autem fabius maximus duobus et quadraginta annis auguratus ſacerdotium ſuſtinuit: robuſta iam etate id adeptus. Que vtraq; tempora ſi in vnum conferantur: facile ſeculi modum expleuerint.

Am de marco perpenna quid loquar? Qui oībus quos in ſenatum conſul conuocauerat ſuperſtes fuit. ſeptemq; tātūmodo quos cenſor collega L. philippi legerat: e patribus conſcriptis reliquos vidit toto ordine āplisſimo diuturnior

A Pii vero euum clade metirer. Quia īfinitum numerum annorum orbatus luminibus exegit: niſi quatuor filios quīq; filias plurimas clientulas rem deniq; publicam hoc caſu grauatus fortisſime rexisſet. Quinetiam feſſus iam viuendo lectica ſe in curiam deferri iusſit: vt cum Pirrho deformem pacem fieri prohiberet. Hunc ſecum aliquis nominet aquo patria quod honeſtum erat parū per ſe cernens coacta

eſt peruidere.

MVliebris etiam vite ſpatium non minus longum in compluribus apparuit . Quarum aliquas ſtrictim retuliſſe me ſatis erit. Nam et Liuia Rutili ſeptimum et nonageſimum Et Terentia Ciceronis tercium et centeſimū . et Clodia Auli filia quindecim filiis ante amiſſis ; quintumdecimum et cēſimum expleuit annum.

Vngam his duos reges quorum diuturnitas populo romano fuit vtiliſſima ; Scicilie rector Hiero ad nonageſimū annum peruenit.

MAſmiſſa Numidie rex hunc modum exceſſit ; regni ſpacium ſexaginta annis emenſus . vel ante omnes homines robore ſenecte admirabilis. conſtat eum quemadmodum Cicero refert libro quem de ſenectute ſcripſit ; nullo vnq̄ imbri nullo frigore ; vt caput ſuum veſte tegeret adduci potuiſſe.

Vndem ferunt aliquot horis in eodem veſtigio perſtare ſolitum non ante moto pede ; q̄ conſimili labore iuuenes fatigaſſet . Ac ſi quid agi a ſedente oporteret ; toto die ſepenumero nullam in partem conuerſo corpore in ſolio duraſſe.

Ille vero etiam excercitus equo inſidens noctem diei plerunq̧ iungēdo duxit . nichilq̧ omnino ex hiis operibus que adoleſcens ſuſtinere aſſueuerat ; quominus ſenectute ageret omiſit.

Eneris etiam vſu ita ſemper viguit ; vt poſt ſextum et oc

togesimum annum filium generaret/ cui Methinino nomē fuit. terram quoq; quam vastam et desertam acceperat/ perpetue culture studio frugiferam reliquit.

GOrgias etiam leōtinus Isocratis et complurium magni ingenii virorum preceptor sua sententia felicissimus. Nam cum centesimum et septimum ageret annum/ interrogatus qua propter tamdiu vellet in vita remanere? quia nichil inquit habeo q; senectutem meam accusem. Quid isto tractu etatis aut longius aut beatius? Iam alterum seculum īgressus/ neq; in hoc querelam vllam inuenit neq; ī illo reliquit.

Iennio minor xenophilus Calchidensis pithagoricus. sed felicitate non inferior. siquidem vt ait Aristoxenos musicus omnis humani incommodi expers. in summo perfectissime doctrine splendore extinctus est.

ARganthonius autem gaditanus tamdiu regnauit q̃diu etiam ad satietatem vixisse abunde foret. Octuaginta enim annis patriam suam rexit. cum ad imperiū quadraginta annos natus accessisset. Cuius rei certi sunt auctores.

Sinius etiam pollio non minima pars romani stili ī tercio historiarum suarum libro centum illū et triginta annos expleuisse cōmemorat. et ipse neruose viuacitatis haud paruum exemplum.

HVius regis cōsummationem annorum minus admirabilem faciunt Ethiopes quos Herodotus scribit centesimum

et vigesimum annum transgredi. Et Indi de quibus et Hesias quidem tradit et Epimenides gnosus quem Theopompus dicit septem et quinquaginta et centum annos vixisse.

Ellanicus vero ait quosdam ex gente Epiporum que est pars Etholie ducenos explere annos. Eiq subscribit Dimasthes hoc amplius affirmans! Lictorium quendam ex hiis maximarum virium statureq precipue tricētesimum annū cumulasse.

Lexander vero in eo volumine quod de illirici tractu cōposuit/ affirmat Dandonam quendam ad quingentesimum vsq annum nulla ex parte senescentem processisse.

Ed multo liberalius xenophon cuius legitur. is enī Laciniorum regem octingētis vite annis donauit Ac ne pater eius parum benigne acceptus videretur! ei quoq sexcentos assignauit annos.

Ca. xv. De Cupiditate glorie.

Loria vero aut vnde oriatur! aut cuius sit habitus! aut qua ratione debeat comparari! et an melius a virtute velut non necessaria negligatur! viderint hii quorum in contemplandis huiusmodi rebus cura teritur. Quibusq illa que prudenter animaduerterunt! facūde contingit eloqui. Ergo ī hoc opere factis auctores et auctoribus facta sua reddere contentus! quanta cupiditas eius eē soleat propriis exēplis demōstrare conabor.

SVperior africanus Ennii poete effigiem in monumētis Cornelie gētis collocari voluit: quod īgenio eius opera sua illustrata iudicaret. Non quidem ignarus quamdiu Romanum imperium floreret: et. Africa Italie pedibus esset subiecta: totiusque terrarum orbis summū columē arx capitolina possideret: eorum extingui memoriam non posse. si tamen litterarum quoque illis lumen accessisset: magni estimans. Vir Homerico quam rudi atque impolito preconio dignior.

Imiliter honoratus animus erga poetam Accium Drusi Bruti suis temporibus clari ducis extitit. cuius familiari cultu et prompta laudatione delectatus: eius versibus templorum aditus que ex manubiis consecrauerat adornauit.

NE Pompeius quidem manus ab hoc affectu glorie auersus. Qui Theophanem mitileneum scriptorem rerum suarum in contione militum ciuitate donauit: beneficium per se amplum accurata etiam et testata oratione prosecutus. quo effectum est: vt ne quis dubitaret quin referret potius gratiam quam inchoaret.

.autem Silla etsi ad neminem scriptorem animum direxit: tamen iugurthe a Boccho rege ad Marium perducti totam sibi laudem tam cupide asseruit: vt annulo quo signatorio vtebatur: in sculptam illam traditiouem haberet. et quantus postea: Ne minimum quidem glorie vestigium contempsit.

ATq; vt imperatoribus militis gloriosum spiritū subnectam ! Scipionem dona militaria hiis qui strenuam operam ediderant diuidentem! Titus labienus vt forti equiti aureas armillas tribueret! admonuit. eoq; se negante id facturū ne castrensis honos in eo qui paulo ante seruisset violaretur! ipse ex preda gallica aurum equiti largitus est. nec tacite id Scipio tulit. Namq; equiti habebis inquit donum viri diuitis. Quod vbi ille accepit ! proiectos ante pedes Labieni auro vultum dimisit. idem vt audiit Scipionem dicentem īperator te argenteis armillis donat alacer gaudio abiit. Nulla est ergo tanta humilitas! que dulcedīe glorie non tangatur. illa vero etiam a claris viris interdum ex humilimis rebus petita est.

Am quid voluit Titus Fabius nobilissimus ciuis ? Qui cum in ede salutis quam Ca. iunius bubulcus dedicauerat / parietes pinxisset! nomen hiis suum inscripsit. id enim demum ornamenti familie consularibus et sacerdotibus et triumphis celeberrimum dederat. Ceterum sordido studio deditum ingenium qualemcumq; illum laborem suum scilentio oblitterari noluit! videlicet Phidie secutus exemplū qui clipeo Minerue effigiē suam inclusit. qua conuulsa tota operis colligatio solueretur.

Ed melius aliquanto si aliena imitatione capiebatur! Themistoclis ardorem esset emulatus. quem ferūt stimulis

virtutum agitatum / et ob id noctes inquietas exigentem / querentibus quid ita eo tempore in publico verſaretur / reſpondiſſe quia me trophea Milciadis de ſomno excitant . Marathon nimirum animum eius / et artemeſium et Salamina naualis glorie fertilia nomina illuſtranda tacitis facibus incitabant.

Idem Theatrum petens cum interrogaretur cuius vox auditu illi futura eſſet gratiſſima ? Dixit / eius a quo artes mee optime canentur . Dulcedinem glorie pene adiecit gloriosam.

ALexandri pectus inſatiabile laudis. qui (Anaxachro comiti ſuo ex auctoritate democriti preceptoris īnumerabiles mūdos eſſe referenti) Heu me inquit miſerū / quod ne vno quidem adhuc ſum potitus . Anguſta homini poſſeſſio glorie fuit / que deorum domicilio ſuffecit.

Egis et iuuenis flagrantiſſime cupiditati ſimilem ariſtotelis in capeſcenda laude ſitim ſubnectam . Is namq; Theodocti diſcipulo oratorie artis libros quos ederet donauerat. moleſteq; poſtea ferens titulum eorum ſic alii ceſſiſſe / proprio volumine quibuſdā rebus inſiſtens / planius ſibi de his in Theodoctis libris dictum eſſe adiecit. Niſi me tante et tā late patentis ſcientie verecundia teneret / dicerem dignū philoſophum / cuius ſtabiliendi mores altioris animi philoſopho traderentur.

Cæterũ gloria ne ab hiis quidem qui contemptũ eius intro ducere conantur / negligitur / quoniamquidem ipsis volumi nibus nomina sua diligenter adiciunt / vt quod professione eleuant / vsurpatione memorie assequantur.

Sed qualiscunq̧ horum dissimulatio / proposito illorum longe tolerabilior / qui dum eternam memoriam assequerẽ tur / etiam sceleribus innotescere non dubitarunt. Quorum e numero nescio an in primis Pausonias debeat referri. nã cum Hermoden percunctatus esset quonã modo subito cla rus posset euadere / atq̧ is respondisset / si aliquem illustrem virum occidisset / futurum vt gloria eius ad ipsum redunda ret / continuo Philippum interemit. et quidẽ quod petierat assecutus est. tam enim se parricidio / quã Philippus virtu te notum posteris reddidit.

ILla vero glorie cupiditas sacrilega. inuentus est enĩ qui Diane ephesie templum incendere vellet / vt opere pulcher rimo consumpto / nomen eius per totum terrarum orbẽ di siiceretur. Quem quidem mẽtis furorem eculeo impositus detexit. Ac bene consuluerant Ephesei decreto memoriam teterrimi hominis abolendo / nisi Theopompi magne facũ die ingenium / historiis eum suis comprehendisset.

Ca. vxi. Que cuiq̧ magnifica contigerunt.

Andidis autẽ animis voluptatẽ prebuerũt. ĩ cõspi cuo posita que cuiq̧ magnifica merito cõtigerunt.

quia eque premiorum virtus atq; honorum cōtemplatio iu dicāda eſt. ipſa natura nobis alacritatem ſumminiſtrāte: cū honorem induſtrie appeti et exſolui gratie videmus.

Verum et ſi mens hoc loco protinus ad auguſtam domū benificentiſſimum et honoratiſſimum templum omni īpe-tu fertur melius cohibebitur. quoniam cui aſcenſus in celū patet: quamuis maxima: debito tamen minora ſunt que in terris tribuuntur.

Vperiori africano conſulatus citerior legitimo tempore datus eſt. quod fieri oportere exercitus ſenatum litteris ad-monuit. Ita neſcias vtrum illi plus decoris patrum cōſcrip torum auctoritas: an militum conſilium adiecerit. toga enī Scipionem ducem aduerſus Penos creauit. Arma popoſce runt. Cui que in vita precipua aſſignata ſunt: et longum eſt referre: quia multa. Et non neceſſarium: quia maiore ex parte iam relata ſunt. itaq; quod hodie eximium capit adi ciam. imaginem in cella iouis optimi maximi poſitam ha bet. que quotienſcunq; munus aliquod Cornelie genti cele brandum eſt. inde petitur. Vniq; illi inſtar atrii capitolium eſt.

Tam Hercule q̄ curia ſuperioris Catoris effigies illius: ad cuius generis officia expromitur. gratum ordinem qui vtiliſſimū rei publice ſenatorē tantū nō ſēper ſecū habitare voluit: oībus numeris virtutis diuitē: magiſq; ſuo merito q̄

fortūe beneficō magnum. cuius prius consilio ꝙ Scipionis imperio deleta Cartago est.

Erum specimen honoris ī Scipione quoqꝫ Nasica oboritur. Eius namqꝫ manibus et penatibus nōdum questoris senatus Phitii apollinis monitū! pessumūti accersitam deam excipi voluit. quia eodem oraculo preceptū erat! vt hec ministeria matri deum a sanctissimo viro prestarentur. Explica totos fastus. constitue omnes currus triumphales. nichil tamen morum principatu speciosius reperies.

TRadunt subinde nobis ornamenta sua Scipiones cōmemoranda. Emilianum enim populus ex candidato edilitatis consulem fecit. Eundem cum questoriis comiciis suffragator Quinti fabii maximi fratris sui in campum descendisset consulem iterum reduxit.

Idem senatus bis sine sorte prouinciā! prius Africā! deinde Hispaniam dedit. atqꝫ hec neqꝫ ciui ambicioso neqꝫ senatori cupido! quemadmodū nō solū vite eius seuerissimus cursus! sed etiam mors clandestinis illata insidiis declarauit.

Arcum quoqꝫ valerium duabus rebus insignibus dii pariter atqꝫ ciues speciosum reddiderunt. Illi! cū quoddā gallo cominus pugnanti coruū propugnatorē subiciētes. hii tercium et uigesimū annū īgresso cōsulatū largiti. Quorū alterū decus vetuste origīs! optimi hoīs gēs coruinia āplexa cognomē vsurpat. alterū sūmo subiūgitur ornamento tā celeritate

quam principio consulatus gloriando.

HAC ne Quinti quidem sceuole: quem. L. crassus in consulatu collegam habuit/gloria parum illustris. qui Asiam tā sancte et tam fortiter obtinuit/ vt senatus deinceps in eā prouinciam ituris magistratibus. exemplū atq formam officii Sceuolam decreto suo proponeret.

Inherent voci posterioris affricani septem. Ca/ marii cōsulatus ac duo amplissimi triumphi. Ad rogum enim vsq gaudio exultauit. Quod cum apud numantiā sub eodē duce equestria stipendia mereret/ et forte inter cenam quidam Scipionem īterrogasset/si quid illi accidisset quemnam respublica eque magnum habitura esset imperatorem/ respiciens se supra ipsum cubantem/vel hunc/dixit. quo augurio perfectissima virtus maximam orientem virtutem vidit/ne certius an efficatius acciderit/ perpēdi vix potest. Illa nimirum cena militaris speciosissimas tanta in vrbe Mario futuras cenas ominata est. Postq̄ enim cimbros ab eo deletos īicio noctis nuncius peruenit/nemo fuit qui non illi tāq̄ dis immortalibus apud sacra mense sue libauerit.

IAm que in Gneum pompeium et ampla et noua congesta sunt/ hinc assensione fauoris. illinc/fremitu inuidie litterarum monumentis obstrepuntur. Eques Romanus procōsul in Hispania aduersus Sertorium pari imperio cum pio metello principe ciuitatis missus est. nondum vllū honorē

auſpicatus / bis triumphauit. Inicia magiſtratuū a ſummo imperio cepit. tercium conſulatū decreto ſenatus ſolus geſſit. DE Mitridate et Tigrane de multis preterea regibus plurimiſq; ciuitatibus et gentibus et predonibus vnum duxit triumphum.

Vintum etiam catulum populus romanus voce ſua tantum non ad ſidera vſq; euexit. Nam cum ab eo pro roſtris interrogaretur ſi in vno pompeio magno omnia reponere perſeueraſſet / abſumpto illo ſubiti caſus incurſu in quo ſpē eſſet habiturus / ſummo conſenſu acclamauit in te. Vim honorati iudicii admirabilem. ſiquidem magnum pompeium cum omnibus ornamentis que retuli duarum ſillabarū ſpacio incluſum Catulo equauit.

POteſt et Marci Catonis ex cipro cū regia pecunia reuertentis / appulſus ad ripā vrbis memorabilis videri. cui naue egredienti conſules et ceteri magiſtratus et vniuerſus ſenatus populuſq; romanus officii gratia preſto fuit. non quod magnum pondus auri et argenti / ſed quod M. catonem claſſis illa incolumen aduexerat letatus.

Ed neſcio an precipuum ſit Lucii marcii inuſitati decoris exemplum. quem equitem romanum duo exercitus Publi et Cnei ſcipionum interitu victoriaq; hannibalis lacerati ducem legerunt. Quo tempore ſalus eorum in ultimas anguſtias deducta / nullum ambitioni locum relinquebat.

M Erito virorum commemorationi Sulpicia Seruii filia Quinti fuluii flacci vxor adicitur. Que cum senatus libris Sibillinis per decem viros inspectis cẽsuisset: vt Veneris verticordie simulacrum consecraretur quo facilius virginū mulierumq mens a libidine ad pudiciciam conuerteretur: et ex omnibus matronis centum: ex centum autem decẽ sorte ducte de sanctissima femina iudicium facerẽt: cunctis prelata est castitate.

Eterum quia sine vlla diminutione Romane maiestatis extera quoq insignia respici possunt: ad ea transgrediemur

P Ithagore tanta veneratio ab auditoribus tributa est: vt que ab eo acceperant: in disputationem deducere nefas existimarent. quinetiam interpellati ad reddẽdam causam: hoc solum respondebant: ipsum dixisse.

Agnus honos. sed scolatenus. illa vrbium suffragiis tributa. Enixo Crotoniate studio ab eo petierunt vt senatū ipsorum qui mile hominum numero constabat: consiliis suis vti pateretur. opulentissimaq ciuitas tam frequentem venerati post mortem domum: cereris sacrarium fecerūt. quãdiu illa vrbs viguit. et dea in hominis memoria: et homo in dee religione cultus est.

G Orgie vero Leontino studiis litterarum etatis sue cunctos prestanti: adeo vt primus in conuẽtu poscere qua de re quisq audire vellet: ausus sit: Vniuersa Gretia in templo

delphici Apollinis statuam solido ex auro posuit. cum cete rorum ad id tempus auratas collocasset.

Eadem gens summo consensu ad Amphioraum decorandum incubuit locum quo humatus est: in formam conditionemq; templi redigendo. atq; inde oraculo capi instituendo. Cuius cineres idem honoris possident: quod Phitice: cortine. quod athenis: Dodone. quod Hāmonis: fronti datur.

Berenices quoq; non vulgaris honos. cui soli omniū feminarum gimnico spectaculo interesse permissum est: cum ad olimpia filium Euclea certamen ingressurū adduxisset: Olipionico patre genita: fratribus eandem palmam assecutis latera eius cingentibus.

Valerii maximi liber octauus desinit.

Tituli libri noni.

De luxuria et libidine. capitulum primum. De crudelitate. capitulū secundū. De ira et odio. Ca. tertiū. De auaricia capitulum quartū. De superbia et impotentia. capitulū quintū. De perfidia. capitulū sextum. De vi et seditione. capitulum septimū. De temeritate. capitulū octauum. Quantum valet error. Capitulū nonū. De vltione capitulum decimū. Dicta improba aut facta scele

rata capitulum vndecimū. De mortibus non vulgaribus. c. duodecimum. De cupiditate vite capitulum tridecimum. Quam exquisita custodia vsi sunt quibus suspecti dome stici fuerunt. ca. xiiii. De similitudine forme ca. xv. De hiis qui infimo loco nati mendatio se clarissimis familiis in serere conati sunt. Capitulum decimum sextum.

De Luxuria et libidine Capitulū primum

Blandum etiam malum luxuria quam accusa re aliquāto facilius est q̃ vitare / operi nostro inseratur non quidem vt vllum honorem re cipiat / seu vt seipsam recognoscens ad penitentiam possit ī= pelli. iungatur illi libido / quoniam ex eisdem viciorum prī cipiis oritur. neq̧ aut a reprehensione / aut ab emendatione separentur gemino mentis errore connexe.

C. A. Sergius orata / pēsilia balnea primus facere instituit Que impensa leuibus iniciis cepta / ad suspense calide aque tantum / non equora penetrauit.

Idem videlicet ne gulam neptuni arbitrio subiectam ha= beret peculiaria sibi maria excogitauit estuariis intercipien= do fluctus / pisciumq̧ diuersos greges separatis molibus in cludendo. vt nulla tam seua tēpestas incideret / qua non ora te mense varietate pisciculorum abundarent.

Edificiis etiam spatiosis et excelsis deserta ad id tempus ora lucrini lacus pressit / quo recentiore vsu conchiliorū fru

eretur. Vbi dum se publice aque cupidinis immersit / cum considio publicano iudicium nactus est. ī quo L. crassus ad uersus illum causam agens / errare amicum suum considiū dixit / ꝙ putaret oratam remotum a lacu cariturum ostreis. Nāq; ea si inde petere non licuisset / ī tegulis reperturum.

Huic nimirum magis Esopus tragedus in adoptionē dare filium suum / ꝙ̄ bonorum suorum heredem relīquere debuit. non solum perdite sed etiam furiose luxurie iuuenem quem constat cantu cōmēdabiles auiculas in manibus emptas preciis pro ficedulis ponere. acetoq; liquatos magne sūme vniones potionibus aspergere solitū / amplissimū patrimonium tanꝙ̄ amaram aliquam sarcinam ꝙ̄ celerrime abicere cupientem. Quorum alterius senis alterius adolescētis sectam secuti / longius manus porrexerunt. Neq; enim vllū viciū finitur ibi / vbi oritur. Inde ab occeani littoribus attracti pisces. inde effuse culinis arche. censibusq; edendi ac bibēdi voluptas reperta est.

Vbi autem nostre secūdi punici belli finis et Philippus Macedonie rex deuictus / licētioris vite fidutiam dedit. Quo tempore matrone Brutorum domum ause sūt obsidere / qui abrogationi legis appie intercedere parati erant. quam femine tolli cupiebāt / quia hiis nec veste varii coloris vti / nec auri plus semiunciam habere / nec iuncto vehiculo propius vrbē mille passus nisi sacrificii gratia vehi permittebat. equi-

dem obtinuerunt! vt ius per continuos viginti annos serua tum aboleretur. non enim prouiderunt seculi illius viri / ad quem cultum tenderet insoliti cetus pertinax studium. Aut quo se vsq; effusura esset legum victrix audatia. quod si ani mi muliebris apparatus intueri potuissent quibus quotidie aliquid nouitatis sumptuosius adiectum est / in ipso introitu ruenti luxurie obstitissent.

Sed quid ego de feminis vlterius loquor! quas et imbeci= litas mentis et grauiorum operum negata affectatio / om= ne studium ad curiosiorem sui cultum hortatur conferre cū temporum superiorū et nominis et animi excellentes viros in hoc prisce continentie ignotum diuerticulum prolapsos videam. idq; iurgio ipsorum pateat?

Cn. Domicius L. crasso collega suo altercatione orta ob iecit quod columnas hymeticas in porticu domus haberet quem cum continuo Crassus quanti ipse domum suam esti maret interrogaret / atq; vt respondit sexagies tertio! quo er go eam inquit minoris fore existimas! si decem arbusculas inde succidero? Ipse inquit tricies sextercio domicius. tunc Crassus igitur vter luxuriosior est inquit ego ne! qui decē colūnas centū milibus nummū emi! an tu qui decē arbuscu larum vmbrā circa tricies sextertium summam compēsas? Sermonem oblitum pyrrhi immemorem Hannibalis! iāq; transmarinorum stipendiorum abundantia oscitantem. Et

quanto tamen in sequentium seculorum edificiis et nemori bus angustiorem? Quam ītroduxerunt atq; inchoatam a se lauticiam posteris relinquere. q̄ a maioribus acceptam con tinentiam retinere maluerunt.

QVid enim sibi voluit princeps suorum temporum Metellus pius tunc: cum in hispania aduentus suos ab hospiti bus aris et thure excipi patiebatur. cum attalicis auleis contectos parietes leto animo intuebatur. Cum ī manibus epu lis apparatissimos interponi ludos sinebat cū palmata veste conuiuia celebrabat. demissasq; lacunaribus aureas coronas velut celesti capite recipiebat et vbi ista? Non in grecia neq; in asia quarum luxuria seueritas ipsa corrumpi poterat. sed in horrida et bellicosa prouincia. cum presertim acerrimus hostis Sertorius romanorum exercituum oculos lusitanis telis perstringeret. adeo illi patris sui numidica castra excide rant. Patet igitur q̄ celeri transitu luxuria effluxerit. nam cuius adolescētia priscos mores vidit: senectus nouos orsa ē

Onsimilis mutatio in domo Curionum extitit. siquidem forum nostrum et patris grauissimum supercilium et filii sexcenties sextercium eris alieni aspexit contractum famosa iniuria nobilium iuuenum. Itaq; eodem tempore et ī hisdem penatibus diuersa secula habitarunt. frugalissimum al terum: alterum nequissimum.

P Autem Clodii iudicium quanta luxuria et libidine abun-

I

dauit. In quo vt euidenter incesti crimine nocens reus absolueretur: noctes matronarum et adolescentium nobilium magna sūma empte mercedis loco iudicibus erogate sunt. quo ī flagitio tam tetro tamq multiplici / nescias quem primum detestere. qui istuc corruptele genus excogitauit: an qui pudiciciam suam sequestrem periurii fieri passi sunt: an qui religionem stupro permutarunt.

Que flagitiosum illud conuiuium quod Gemellus tribunicius viator ingenui sanguinis: sed officii intra seruilē habitum deformis: metello et Scipioni consulibus / a tribunis plebis magno cum rubore ciuitatis comparuit. lupanari enī sue domi īstituto Mutinā et Fuluiā cum a patre: tum a viro vtrāq deductam: et nobilem puerum Saturninum ī eo prostituit: probrosa sapientie corpora ludibrio temulente libidini futura epulas consulibus et tribunis non celebrādas: sed vindicandas.

Verum precipue Catiline libido scelesta. nam vesano amore Aurelie orestille correptus / cum vnum impedimentum videret quo minus nuptiis inter se iungerentur: filiū suum quem et solum et etate iam puberem habebat / veneno sustulit. protinusq ex rogo eius maritalem facem accendit: ac noue maritate orbitatem suam loco muneris erogauit. eodē deinde animo ciuem gerēs quo patrem egerat: filii pariter manibus et nefarie attemptate patrie penas dedit.

IX

AT campana luxuria perquã vtilis nostre ciuitati fuit. Inuictum enim armis Hannibalem illecebris suis cõplexa vincendum Romano militi tradidit. illa vigillantissimum ducẽ illa exercitum acerrimum / dapibus largis / abundanti vino / vnguentorum fragrantia / veneris vsu lasciuiore ad somnũ et delitias euocauit. ac tum demum fracta et contusa punica feritas est / cum Seplasiana et albana castra esse ceperunt.

Quid hiis ergo viciis fetidius? Quid etiam damnosius? Quibus virtus atteritur. victorie relanguescunt. sopita gloria in infamiam conuertitur. animiq̧ pariter et corporis vires expugnantur. adeo / vt nescias ab hostibus ne an ab illis capi perniciosius habendum sit.

QVe etiam Volscinensium vrbem grauibus et erubescendis cladibus implicauerunt. Erat opulenta. erat moribus et legibus ordinata. Etrurie caput habebatur. sed postq̃ luxuria prolapsa est / in profundum iniuriarum et turpitudinis decidit / vt seruorum se insollentissime domĩationi subiceret. Qui primi admodum pauci / senatorum ordinem intrare ausi / mox vniuersam rem publicam occupauerunt. testamenta ad arbitrium suum scribi iubebant. conuiuia cetusq̧ ingenuorum fieri vetabant. filias dominorum in matrimoniũ ducebant. Postremo lege sanxerunt / vt stupra sua in viduis pariter atq̧ nuptis impunita essent. ac ne qua virgo ĩgenuo nuberet / cuius castitatem non ante ex numero ipsorum aliquis

delibaſſet.

Hec xerſes opum regiarum oſtentatione eximia eouſq; luxuria gaudebat : vt edicto premium ei preponeret qui nouū voluptatis genus reperiſſet. quanta dum deliciis nimiis capitur : ampliſſimi imperii ruina euaſit.

Anthiochus quoq; Sirie rex nichilo contentioris exempli cuius cecam et amentem luxuriam exercitus imitatus : magna ex parte aureos clauos trepidis ſubiectos habuit. argenteaq; vaſa ad vſum culine comparauit. et tabernacula textilibus ſigillis adornata ſtatuit. auaro potius hoſti preda optabilis : quam vlla ad vincendum ſtrenuo mora.

Iam Ptolomeus rex acceſſio viciorum ſuorū vixit. ideoq; Phiton appellatus eſt. Cuius nequitia quid nequius? Sororem natu maiorem communi fratri nuptam ſibi nubere coegit. Poſtea deinde filia eius per uim ſtuprata / ipſam dimiſit vt vacuum locum nupciis puelle faceret.

Conſentaneus igitur regibus ſuis gētis egyptie populus qui ductu Archelai aduerſus Aulum gabinium menibus vrbis egreſſus cum caſtra vallo atq; foſſa cingere iuberetur vniuerſus ſubclamauit : vt id opus publica pecunia faciendū locaretur. Quapropter deliciis tam enerues animi ſpiritū exercitus noſtri ſuſtinere non potuerunt.

Sed tamen effeminatior multitudo Ciprorum. Qui reginas ſuas mulierum corporibus velut gradibus conſtructis

quo mollius vestigia pedum ponerent / currus condescende
re equo animo sustinebant . Viris enim si modo viri erant /
vita carere / q̄ delicato imperio obtemperare satius fuit.

HEc societas viciorum lacivi vultus . et noue cupiditati in=
herentium oculorum . ac delicato cultu affluens . perq varii
os illecebrarū motus volitātis animi . De crudelitate.c.ii

CRudelitatis vero horridus habitus. truculēta
species violenti spiritus. vox terribilis omīa
nimiis et cruentis imperiis referta. cui silen
tium donare / crementum est adicere etenim quem modum
sibi ipsa statuet / sine sugillationis quidē frenis fuerit reuo=
cata: ad sūmam / cū penes illā sit timeri. penes nos sit odisse

LSilla quem neq laudare neq vituperare quisquam satis
digne potest / dum querit victorias / Scipionem se populo ro
mano. dum seuiciam exercet / Hannibalē representat . Egre
gie namq auctoritate nobilitatis defensa / crudeliter totā vr
bem atq omnes italie partes ciuilis sanguinis fluminibus
inundauit. Quatuor legiones contrarie partis fidem suā se
cutas / in publica villa que in marcio campo erat ne quicquā
fallacis dextere misericordiam implorantes / obtruncari ius
sit. quarum lamentabiles quiritatus trepide ciuitatis aures
receperunt. lacerata ferro corpora . tiberis impatiens tanti
oneris cruētatis aquis vehere est coactus . Quinq milia pre
nestinorum spe salutis per publium cethegum data / extra

menia municipii euocata: cum abiectis armis humi corpora prostrauissent: interficienda protinus per agros dispergenda curauit. Quatuor milia et septingentos dire proscripcionis edicto iugulatos: in tabulas publicas retulit: videlicet ne memoria tam preclare rei dilueretur. Nec contentus in eos seuire qui armis a se dissenserant: etiam quieti animi ciues propter pecunie magnitudinem/ per nomen delatorum conquisitos: proscriptorum numero adiecit.

Aduersus mulieres quoqꝫ distrinxit: quasi parum cedibus virorum satiatus. Id quoqꝫ inexplebilis feritatis indiciū ē. abscisa miserorum capita non modo vultum ac spiritum retinencia: in conspectum suum afferri voluit: vt oculis illa (quia ore nefas erat) manderet.

Quam porro crudeliter se in Marco mario pretore gessit: quem per ora vulgi ad sepulcrum lutacie gentis pertractū non prius vita priuauit: ꝙ oculos infelices erueret et singulas corporis partes confringeret.

Vix michi verisimilia narrare videor. At ille etiam Marcum Pletorium quod ad eius suppliciū exanimis ceciderat: cōtinuo ibi mactauit. nouus punitor misericordie. apud quē inique animo scelus intueri: scelus admittere fuit.

Sed mortuorum vmbris saltem pepercit: minime. Nam C. marii cuius etsi postea hostis: questor tamē aliquādo fuerat: erutos cineres ī amnis alueum sparsit. En quibus actis

felicitatis nomen assequendum putauit.

Vius tamen crudelitatis Caius marius inuidiam leuat. Nam et ille nimia cupiditate persequendi inimicos: iram suam nefarie districtinxit: Ca. cesaris consularis et censorii nobilissimum corpus / ignobili seuicia trucidādo: equidem apud sedisiosissimi et abiectissimi hominis bustum. Id enim malorum miserrime tunc rei publice deerat: vt vario cesar piaculo caderet. Pene tante victorie eius non fuerunt. quarum oblitus plus criminis domi: q̄ laudis in milicia meruit.

IDem caput Marci antonii abscisum letis manibus inter epulas per summam animi ac verborum insolentiam aliquā diu tenuit. Clarissimi et ciuis et oratoris sanguine contaminari. mense sacra passus. atq; etiam P. amnium qui id attulerat: in sinum suum recentis cedis vestigiis aspersum rece pit.

Amasippus nichil laudis habuit: quod corrumperet. Itaq; memoria eius licentiore accusatione perstringitur. Cuius iussu principum ciuitatis capita hostiarum capitibus permixta sunt. carbonisq; ardine truncatum corpus / patibulo affixum gestatum est. adeo vt flagitiosissimi hominis pretura multum. aut rei publice maiestas nichil potuit.

MImaciuus etiam Flaccus Pompeiani nominis acrior / q̄ probabilior defensor: cum ab imperatore Cesare in hispaīa inclusus menibus abtignensium obsideretur: efferatā crudelitatē suā truculentissimo genere vesanie exercuit.

Omnes enim eius opidi ciues quos studiosiores cesaris senserat / iugulatos muris precipitauit. feminas quoq; ciuitatis nominibus virorum qui in contrariis castris erant ut cedes coniugum suarum cernerent / maternis gremiis suppositos liberos trucidauit. Infantes alios in conspectu parentũ humo infigi / alios superiactatos pilis excipi iussit. que audi tu etiam ĩtollerabilia romano iussu lusitanis manibus admi nistrata sunt. cuius gentis presidio Flaccus vallatus / dĩnis opibus vecordi pertinatia resistebat.

TRansgrediamur nũc ad illa quibus vt par dolor / ita nullus nostre ciuitatis rubor inest. Cartaginenses Atilium regulum palpebris resectis machine ĩ qua vndiq; pre acuti stimuli eminebant / inclusũ / vigilantia pariter et continuo tractu doloris necauerunt. Tormenti genus haud indignũ passo / auctoribus dignissimum.

Adem vsi sunt crudelitate in milites nostros / quos martis certamine in suam potestatem redactos nauibus substrauerunt. vt earum catinis ac pondere elisi / inusitata ratione mortis barbaramferitatem satiarent / tetro facinore / pollutis classibus / ipsum mare violaturi.

EOrũ dux hannibal cuius maiore ex parte virtus seuiciã constabat / in flumine Gello corporibus romanis põte facto exercitũ traduxit. vt eque terrestrium copiarũ scelestũ cartaginẽsiũ egressũ terra / quã maritiarũ neptunus experiretur.

IDem captiuos nostros oneribus et itinere fessos / iã pria pedum parte succisa relinquebat. quos vero in nostra castra perduxerat / paria fere fratrum et propinquorum iungens ferro decernere cogebat. Neq; ante sanguine explebatur q̃ᵱ ad vnum victorem omnes redigisset. Iusto ergo illum odio verumtamen tardo supplicio / senatus Prusie regis factum supplicem ad voluntariam mortem compulit.

Am Herculem q̃ᵱ Mitridatem regem. qui vna epula octoginta milia ciuium romanorum in Asia per vrbes negotiandi gratia dispersa interemit. tanteq; prouintie hospitales deos iniusto sed non inulto cruore respersit. quoniam cũ maximo cruciatu veneno repugnãtem spiritum suum tandem succumbere coegit. Simulq; piacula crucibus illis dedit / quibus illos amicos suos auctore gauro spadone libidinosus obsequio. scelestus imperio affecerat.

NOn minus Diogiridis filia Tratie regis. et si minus ammirabilem crudelitatem gentis ipsius feritas / narrandam tamen rabies seuicie facit. cui neq; viuos hoĩes medios secare / neq; parentes liberorum vesci corporibus nefas fuit.

Terum Ptolomeus phiton emergit / paulo ante libidinose amentie teterrimum exemplum. idem inter precipua crudelitatis inditia referendus. Quid enim hoc facto truculentius? Filium suum nomine Menephitem / quem ex cleopatra sorore et vxore sustulerat / liberalis forme optime spei

I

puerum in conſpectu ſuo occidi iuſſit. Protinuſq; caput eiuſ et pedes precioſos et manus ĩ ciſta clamide opertos pro munere natalicio/matri miſit/ perinde quaſi ipſe cladis quã illi inferebat expers. ac non infelicior q̃ in comũni orbitate cleopatram miſerabilem/ cunctis ſe inuiſum reddiderat.

Deo ceco furore ſumma quoq; eferueſcit crudelitas/ cui munimentum ex ſeipſa reperit. Nam cum animaduerteret quanto ſui odio patria teneretur/ timore remedium ſcelere petiuit. quoq; tutius plebe trucidata regnaret/ frequens iuuentute gynnaſium armis et igni circundedit. omneſq; qui in eo erant partim ferro/ partim flamma necauit.

O Chus autem qui poſtea Darius appellatus eſt/ ſanctiſſimo Perſis iureiurando obſtrictus/ ne quem ex coniuracõe que ſeptem magos cum eo oppreſſerat/ aut veneno/aut ferro/aut vlla vi/ aut inopia alimentorum necaret/ crudeliorẽ mortis rationem excogitauit/ qua oneroſos ſibi non perrupto vinculo religionis/ tolleret. Septum enĩ altis parietibus locum cinere conuenit. ſuppoſitoq; tigno prominente/ benigne cibo et potione exceptos/ in eo collocabat. e quo ſomno ſopiti/ in illam inſidioſam congeriem decidebant.

Sperior et tetrior alterius Ochi cognomine Atha xerſeſ crudelitas. Qui ocioſam ſororem ſuam atq; eandem ſocrum viuam capite defodit. et patruum cum centũ ãplius filiis ac nepotibus vacua area deſtitutũ/ iaculis cõfixit/ nulla ĩiuria

IX

lacessitus / sed quod i hiis maximam apud persas probitatis et fortitudinis laudem consistere videbat.

Onsimili genere emulationis instructa ciuitas Atheniē sium / indigno glorie sue decreto / Eginensium iuuētuti pol lices abscidit / vt classe potens populus in certamen maritia rum virium secum descendere nequiret . Non agnosco athe nas timori remedium a crudelitate mutuantes.

SEnus etiam ille enei tauri inuentor / quo inclusi subditis ignibus longo et abdito cruciatu mugitus resonāte / spiritū edere cogebantur . neq̧ eiulatus eorum humano sono vocis expressi. Phalaridis tiranni misericordiam implorare posset Quam quia calamitosis deesse voluit / teterrimum artis sue opus primus artifex inclusus merito auspicatus est.

T ne Etruci quidem parum feroces in pena excogitanda Qui virorum corpora cadaueribus aduersa alligata atq̧ cō stricta / ita vt singule membrorum partes singulis essent ac comodate / tabescere simul patiebantur.

AMare vite pariter ac mortis tortores illi barbari / quos ferūt mactatarum pecudum intestinis et visceribus egestis homines inserere / ita vt capitibus tantummodo emineant. Quosq̧ vt diutius pene sufficiant / cibo et potione infelicem spiritum prorogare / donec intus putrefacti / laniatui sit ani malibus / que tabidis in corporibus nasci solent.

Veramur nunc cū rerū natura / q̧ nos multis et asperis

I

aduerse valitudinis incomodis obnoxios esse voluerit. habitumq; celestis roboris humane conditioni denegatum moleste feramus: cum tot cruciatus sibimet ipsa mortalitas īpulsu crudelitatis excogitauerit.

Capitulum tertium de ira et odio.

Ira quoq; aut odium in pectoribus humanis magnos fluctus excitant. pro cursu celerior illa / nocēdi cupidine: hoc / pertinatius. Vterq; cōsternationis plenus affectus: ac nunquā sine tormento sui violentus: quia dolorem cum inferre vult patitur. amara sollicitudine ne non contingat vltio anxius. sed proprietatis eorum certissime sunt imagīes quas pii ipsi in claris personis aut dicto aliquo: aut facto vehementiori cōspici voluerunt.

CVm aduersus Hasdrubalem Liuius salinator bellū gesturus vrbe egrederetur: monēte fabio maximo ne ante descenderet in aciem quā hostiū vires animo cognosceret: primam occasionem pugnandi nō omissurum se respōdit. Interrogatusq; ab eodem quid ita tam festinanter manū cōserere vellet: vt quā celerrime inquit aut gloriam ex hostibus victis: aut ex ciuibus prostratis gaudiū capiam. ira tūc atq; virtus sermonem eius inter se diuiserunt. illa: iniuste damnationis memor. hec: triūphi glorie intenta. sed nescio an eiusdem fuerit hoc dicere et sic vincere.

Rōētis spiritus virū et bellicis operibus assuetū huc ira

cundie stimuli egerunt. Ca. autem figulum mansuetissimũ pacato iuris ciuilis iudicõ celeberrimum / prudentie moderationisq̃ immemorem reddiderunt. Consulatus enim repulse dolore accensus / eo quidem magis / q̄ illum bis patri suo datum meminerat / cum ad eum postero comitiorũ die multi consulendi causa venissent / omnes dimisit. prefatus / oẽs consulere scitis. consulem facere nescitis. dictum grauiter et merito. Sed tamen aliquanto melius non dictum. Nã quis populo romano irasci sapienter potest?

Ta ne illi quidem / q̃uis factũ eorum nobilitatis splẽdore protectum sit / qui quod Cn. fuluius humilime quondam sortis preturam adeptus erat offensi / annulos aureos sibi metipsis et phaleras equis suis detractas abiecerũt / doloris impotentiam tantum non luctum profecto testati.

TAlis ire motus aut singulorum aut paucorum aduersus populum vniuersum. multitudinis erga principes ac duces eiusmodi Manlio Torquato amplissimam et gloriosissimã ex Latinis et Campanis victoriam in vrbem referenti / cum seniores omnes leticia ouantes occurrerent / iuniorũ nemo obuiam processit / q̄ filium adolescẽtem fortissime aduersus imperium suum preliatum securi percusserat. miserti sunt equalis nimis aspere puniti. nec factũ eorũ defẽdo. sed ire vĩ ĩdico / que vnius cĩtatis / et etates et affectus diuidere valuit.

Ademq̃ tantum potuit / vt vniuersũ populi ro. equitatũ

I

a Fabio consule ad hostium copias persequendas missum: cum et tuto et facile eas liceret delere: legis agrarie ab eo īpedite memores immobilem retineret.

Illa vero etiam Appio duci / cuius pater dū pro senatus amplitudine nititur: commoda plebis acerrime impugnauerat: infestum exercitum faciendo. voluntaria fuga terga hosti ne triumphum imperatori quereret: dare coegit. Quotiens victorie victrix congratulationem eius ī Torquato spernendam. in Fabio pulcherrimam partem omittendam. ī Appio totam fuge postponendam reddidit.

Hec ꝙ violenter se in pectore vniuersi populi romani gessit: eodem tempore quo suffragiis eius dedicatio edis Mercurii. M. Pletorio Primipili centurioni data est: preteritis consulibus: Appio: ꝙ obstitisset quo minus ere alieno suo succurreretur. Seruilio: ꝙ susceptam causam suam languido patrocinio protexisset? Negas efficacem esse iram: cuius hortatu miles summo imperio prelatus est? Que quidē nō proculcauit tantum imperia: sed etiam gessit impotenter.

Nam Q. metellus cum vtramqꝫ Hispaniam consul prius deide proconsul pene totam subegisset: postꝙ cognouit. Q. pōpeium consulē inimicū suū successorē sibi mitti: oēs qui mō militiā suā voluerūt finiri dimisit. Comeatū petentibus neqꝫ causis excussis: neqꝫ cōstituto tempore: dedit. horrea custodibus remotis: oportuna rapine prebuit. arcus sagittasqꝫ

Cretensium frangi / atque in amnem abici iussit. elephantis ci baria dari vetuit. quibus factis / vt cupiditati sue idulsit / ita magnifice gestarum rerū gloriam corrupit. meritumque honorem triumphi / hostium quam ire fortior victor / amisit.

Vid silla? dum huic vicio obtemperat / nonne multo alieno sanguine profuso ad vltimum et suum erogauit? Puteolis enim ardens indignatione / quod grauius princeps eius Colonie pecuniā a decurionibus ad refectionē capitolii promissam. cunctantius daret / animi concitatione nimia atque immoderato vocis impetu conuulso pectore / spiritum cruore ac minis cōmixtum euomuit. Nec senio iam prolapsus vt pote sexagesimum ingrediens annum / sed alita miseriis rei publice impotentia fruens. igitur ī dubio est Silla ne prior an iracundiā Sille sit extincta.

NEque ab ignotis exempla petere iuuat / et maximis viris exprobrare vicia sua verecundia est. Ceterum cum propōsiti fides excellentissima queque complecti moneat / voluntas operi cedat / dum preclara libenter probando necessaria / narrandi conscientia non desit.

Lexandrum iracundia sua propemodum celo diripuit. Nā quid obstitit quo minus illuc assurgeret / nisi Lismacus leoni obiectus. et Clitus hasta traiectus. et Callistenes mori iussus? quia tres maximas victorias / totidem amicorum iniustis cedibus victor edidit.

I

QVam vehemens deinde aduersus populũ romanũ Amilcharis odium? Quatuor enim puerilis etatis filios intuens eiusdem numeri catulos leoninos in perniciem imperii nostri alere predicabat. digna nutrimenta/ que in exercitum patrie sue vt euenit/ conuerteretur.

Quibus Hannibal mature adeo patria vestigia subsecutus est/ vt eo exercitum in hispaniam traiecturo/ et ob id sacrificantem/ nouem annorum natu altaria tenens/ iuraret se cum primum per etatem potuisset/ acerrimum hostẽ. p. r. futurũ/ vt pertinacissimis precibus ĩstantis belli cõmiliciã exprimeret.

IDem significare cupiens quanto inter se odio cartago et Roma dissiderent/ inflicto in terram pede suscitatoq; puluere/ tunc inter eas finem fore belli dixit/ cum alterutra vrbs in habitum pulueris esset redacta. In puerili pectore tantum vis odii potuit.

Ed in mulieribus quoq; eque multum valuit. Namq; Semiramis Assiriorum regina/ cum ei circa cultum capitis sui occupate nunciatum esset Babiloniam defecisse/ altera parte crinium adhuc soluta/ protinus ad eam expugnãdam cucurrit. nec prius edecorem capillorum in ordinem/ quam tãtã vrbem in potestatem suam redegit. Quocirca statua eius babilõe posita est. Illo habitu/ quo ad vltionem exigẽdam celeritate precipiti tetendit.

Capitulum quartum de Auaricia.

Rotrahatur etiam auaricia latētium indagatrix lucro rum. manifeste prede auidissima vorago. neq; habendi fructu felix. et cupiditate querendi miserrima.

CVm admodum locupleti Lucio municio basilio falsum testamentum quidam in Grecia subiecisset! eiusdemq; cōfirmandi gratia potentissimos ciuitatis nostre viros Marcum crassum et Quintum hortēsium quibus municius ignotus fuerat / tabulis heredes inseruisset! quāq̃ euidens fraus erat tamen vterq; pecunie cupidus / facinoris alieni munus non repudiauit. Quantam culpam q̃ leuiter retuli? lumīa curie! ornamenta fori! quod scelus vindicare debebant! inhonesti lucri captura inuitati! auctoritatibus suis texerunt.

Erū aliquāto maiores vires ī Q. cassio exhibuit. qui ī hispania Silliū et calphurniū occidendi sui gratia cū pugionibus deprehēsos! quīquagies sexterciū ab illo! ab hoc sexagies pactus! dimisit. At quin dubites si alterum tantum daretur! iugulū quoq; suū equo animo illis fuisse prebiturum.

CEterum auaricia ante omnes L. septimuli precordia possedit. Qui cū C. Gracchi familiaris fuisset caput eius abscindere et per vrbē pilo fixū ferre sustinuit! quia opimius consul auro ipsi repēsurum edixerat. Sūt qui tradāt liquato plūbo eū cauatā partē capitis que ponderosius esset! explesse. fuerit ille seditiosus. bono perierit exemplo. clientis tamē scelesta fames! ī has vsq; iacentis iniurias esurire non debuit.

ODium merita Septimuli auaricia / Ptolomei autē regis Ciprorum risu prosequēda. Nam cum anxiis sordibus magnas opes corripuisset / propterq eas periturum se videret / et ideo omni pecunia imposita nauibus ī altum processisset vt classe perforata suo arbitrio periret / et hostes preda carerent / non sustinuit mergere aurum et argētum. sed futurū necis sue premium domum reuexit. proculdubio hic nō possedit diuicias / sed a diuiciis possessus est. titulo / rex insule. animo pecunie / miserabile mancipium.

Capitulum quintum de superbia et impotentia.

ATq vt superbia quoq et impotentia in cōspicuo ponātur / M. Fuluius flaccus consul. M plaucii hipsei collega / cum perniciosissimas rei publice leges introduceret de ciuitate danda / et de prouocatione ad populum eorum qui ciuitatem mutare uoluissēt / egre compulsus est vt in curiam veniret. Deinde parti monenti / partim oranti senatui vt incepto desisteret / responsū non dedit. Tirannici spiritus consul haberetur / si aduersus vnū senatorem hoc modo se gessisset / quo flaccus in totius amplissimi ordinis contemnenda maiestate versatus est.

QVe quoq M. druso tr. pl. per summam contumeliā vexata est. Parui enim habuit. L. philippum consulem (quia se interfari contionantem ausus fuerat) obtorta gula equidem non per viatorem sed per clientem suum adeo violenter in

carcerem precipitem egisse! vt multus e naribus eius cruor perfunderetur. verum etiam cum senatus ad eum misisset vt in curiam veniret! quare non potius inquit ipse in hostiliam curiam propinquam rostris id est ad me veuit? Piget adicere quod sequitur. Tribunus senatus imperium despexit. senatus tribuni verbis paruit.

Gn. autem pompeius q insolenter? qui balneo egressus ante pedes suos postratum Hipseum ambitus reum et nobilē virum et sibi amicum! iacentem reliquit contumeliosa voce proculcatum. nichil enim eū aliud agere! q vt conuiuiū suū moraretur! respōdit. et huius dicti cōscius securo aīo cenare

Ille vero etiā ī foro nō erubuit P. scipionē socerū suum legibus noxiū quas ipse tulerat! ī maxima quidem reorum et illustrium ruina! muneris loco a iudicibus deposcere! maritalis lecti blandiciis/ statū rei publice temperādo

Vtrum facto pariter ac dicto Marcii antonii conuiuium. Nam cum ad eum triumuirum Cesetii rufi senatoris caput allatum esset! aduersantibus id ceteris propius ammoueri iussit. ac diu diligenterq consideraruit. Cunctis deniq expectantibus quidnam esset dicturus! hunc ego inquit notū nō habui. superba de senatore! impotens de occiso confessio.

Satis multa de nostris. aliena nunc adiciantur. Alexādri regis virtus ac felicitas. tribus insolentie euidentissimis gradibus exultauit. fastidio enim philippi/ iouem hammonem

patrem ascciuit. Tedio moru et cultus Macedonici! veste et instituta Persica assumpsit. spreto mortali hitu/diuinu cape re conatus e. nec fuit ei pudori filiu. ciue. hoiem dissimulare

IAm xerses cuius in nomine superbia et impotentia ha bitat! suo iure tam insolenter vsus est! q grecie indicturus bellum adhibitis Asie pricipibus! ne viderer inquit meo ta tummodo usus consilio! vos contraxi. Ceterum mementote parendum magis vobis esse! q suadendum. arroganter etia si victori regina contigisset! Tam deformiter victi nescias vtrum insolentius dictum an imprudentius.

Annibal autem Cannensis pugne successu elatus! nec admisit quenqua ciuium suorum in castris! nec responsum vlli nisi per interpretem dedit.

CAherbalem ante tabernaculum suum clara voce affirma tem se prospexisse quonam modo paucis diebus Rome i ca pitolio cenaret! aspernatus est. adeo felicitatis et moderatio nis diuiduum est contubernium.

INsolentie vero inter Cartaginesem et Campanum sena tum quasi emulatio fuit. Ille enim separato a plebe balneo lauabatur. hic diuerso foro vtebatur. quem morem Capue aliquadiu retentum! C. quoq gracchi oratione in plautium scripta patet. Capitulu sextum De perfidia.

Cultum iam et isidiosum malum perfidia latebris suis extrahatur. cuius efficacissie vires sunt metiri

ac fallere. fructus in aliquo commisso scelere consistit. tum certus / cum crudelitatem nefariis vinculis circundedit. tantum incommodi humano generi afferens / quantum salutis bona fides prestat. habeat igitur non minus reprehensionis q̃ illa laudis consequitur.

ROmulo regnante Spurius tarpeius arci preerat. cuius filiam virginem aquam sacris petitum extra menia egressã tacitus vt armatos Sabinos in arcem secum reciperet / corrupit / mercedis nomine pactam que in sinistris manibus gerebãt. Erant autem his armile et annuli magno ex pondere auri. loco potitum agmen Sabinorum puellam premiũ flagitantem armis obrutam necauit. perinde quasi promissum q̃ ea quoq̃ leuis gestauerant soluit. absit reprehensio / quia impia proditio celeri pena vindicata est.

Eruius quoq̃ galba summe perfidie. trium enim Lusitanie ciuitatum conuocato populo tanq̃ de commodis eius acturus / octo milia in quibus flos iuuentutis consistebat electa / armis exuta / partim trucidauit. partim vendidit. Quo facinore maximam cladem barbarorum magnitudine criminis antecessit.

Gn. autem domicium summi generis et magni animi virũ nimie glorie cupiditas perfidũ existere coegit. Iratus nãq̃ Bituito regis aluernorum q̃ tam suam et Allobrogum gentem se etiam tunc in prouincia morante / ad Quĩti fabii suc

L

cessoris sui dexteram cōfugere hortatus esset ! per colloquii simulationem accersitum hospicioq; acceptum . ac Romā nane deportandum curauit. Cuius factum senatus neq; probare potuit ! neq; rescindere voluit ! ne remissus in patriam Bituitus bellum renouaret. Igitur eum albam custodie cā relegauit.

Iriachi etiam cedes duplicem perfidie accusati onem recepit. in amicis ! q eorum manibus interemptus ē ! inq; Seruilio scipione cōsule ! quia his sceleris huius victor impunitatē promissa fuit victoriamq; non meruit sed emit.

VErum vt ipsum fontem perfidie contemplemur ! Cartaginenses xantippum lacedemoniū cuius opera optima primo punico bello vsi fuerant ! et quo iuuante Atilium regulum ceperant ! simulantes domum sese reuehere in alto merserunt. Quid tanto facinore petentes ? an ne victorie eorum socius superesset ? Extant nichilominus equidem cum illorū obprobrio ! quē sine vlla glorie iactura iuiolatū reliquissēt.

Annibal porro Micerinos hortatu suo cū binis vestimētis vrbem inexpugnabilibus muris cinctam egressos ! vapore et fumo balneorum strangulando ! et Acerranorum senatum eadem ratione extra menia euocatum in profundo puteorum abiciendo ! nonne bellum aduersus populū romanū et italiam professus aduersus ipsam fidē acrius gessit ! mēdaciis et fallacia quasi preclaris artibus gaudens ? Quo euenit ! vt alioqui īsignem nominis sui memoriam relicturus ! in dubio

maior ne/an peior vir haberi deberet poneret.

Capitulum septimum De vi et seditione.

Sed vt violentie et seditionis tam togate quã etiãarmate facta referãtur.L. equitiũ qui se Tiberii gracchi filium simulabat/ tribunatũ ꝗ aduersus leges cum L. saturnino petebat/ a C.mario qui tum consulatum gerente in publicam custodiam ductũ/ populus claustris carceris cõuulsis raptum humeris suis per summam animorum alacritatem portauit.

Idemq; Quintum metellum censorem (ꝙ ab eo tanq̃ gracchi filio censum recipere nolebat) lapidibus prosternere conatus est/ affirmantem tres tantũmodo filios Tiberio graccho fuisse E quibus vnum in sardinia stipendia merentem/ alterum infantem preneste/ tertium post patris mortem natum/ Rome decessisse.neq; oportere clarissime familie ignotas sordes inseri.cum interim/ improuida concitate multitudinis temeritas/ impudentia et audatia/ aduersus consulatũ et censuram tetendit. principesq; suos omni petulantie genere vexauit.

Esana hec tantummodo/illa etiam cruenta seditio. populus enim Nunnium competitorem Saturnini/ nouem iam creatis tribunis/ vnoq; loco duobus candidatis restante/ vi prius in edes priuatas compulit. extractum deinde interemit vt cede itegerrimi ciuis/ facultas adipiscẽde potestatis teter

I

rimo ciui daretur.

Rreditorum quoq; cősternatio aduersus Sempronii asel lionis pretoris vrbani caput/intollerabili modo exarsit. quē (quia causam debitorum susceperat) concitati a Lucio cassio tribuno plebis/ pro ede concordie sacrificium facientem/ ab ipsis altaribus fugere extra forum coactum/inq; tabernacu la latitantem pretimore pretextatum discerpserunt.

D Etestanda fori cōditio. sed si castra respicias eque magna oritur indignatio. Cum Ca. mario lege sulpicia prouincia Asia vt aduersus Mitridatem bellum gereret/ priuato decre ta esset/missum ab eo Gratidium legatum ad Lucium sillā cōsulem accipiendarum legionum causa/milites trucidarūt Proculdubio īdignati/ q a summo imperio ad eum qui nul lo in honore versaretur/transire cogerentur. sed quis ferat militem scita plebis excidio legati corrigentem.

N proconsulem istud tam violenter/ exercitus illud ad= uersus consulem. Q. enim pompeium Sille collegam/sena tus iussu ad exercitum Cn. pompei quem aliquādiu īuita ciu te obtinebat/ cōtēdere ausū/ābiciosi ducis illecebris corrup= ti milites sacrificare incipientem adorti/ in modum hostie mactarunt. tantūq; scelus curia castris cedere se cōfessa/ iul=

I Lle quoq; exercitus nefarie violentus qui Cn. tū abiit carbonē fratrē Carbonis ter consulē. propter bella ciuilia dis solutā disciplinam militarem prefactius et rigidius astrin=

gere conatũ / priuauit vita satiusq duxit maximo scelere co
inquinari / q̃ prauo ac tetros mores mutare.

Capitulum octauum De temeritate.

Emeritatis etiam et subiti et vehementes cõ
cusse / nec sua pericula despicere / nec aliena
facta iusta estimatione prosequi valent.

QVam enĩ temere se Africanus superior. ex hispania dua
bus quinq remibus ad Siphacem traiecit / in vnius Numi-
de insidis precordiis suam pariter et patrie salutem deposi
turus / Itaq ex guo momẽto maxime rei casus fluctuatus
ẽ / vtrum ĩterfector / an captiuus Scipio Siphacis fieret.

Am enim Ca. cesaris curis anceps conatus / et si celestiũ
cura protectus est / vix tamen sine horrore animi referri po
test. siquidem impatiens legionũ tardius a Brũdusio appol-
loniam traiectus / per simulationẽ aduerse valitudinis conti
nuo egressus / maiestate sua seruili veste occultata nauiculã
conscendit / et e flumine ac maris Adriatici seua tempestate
fauces petiit. Protinusq in altum dirigi iusso nauigio / mul
tum ac diu cõtrariis iactatus fluctibus tãdẽ necessitati cessit.

HOe illa q̃ execrabilis militũ temeritas / Fecit enĩ vt aulus
albinus nobilitate / moribus honorũ omnium consummatio
ne ciuis eximius / propter falsas et inanes suspiciones in ca
stris ab exercitu lapidibus obrueretur. quodq accessiouem
indignationis non recipit / oranti atq obsecranti duci a mili.

I

bus cause dicende potestas negata est.

Itaq minus miror apud trucē et sceuū animū Hanniba lis defēsionis locū inoxio gubernatori nō fuisse ! quē a Peti lia classe africā repetens ! freto appulsus dū tā paruo spatio Italiā siciliāq inter se diuisas nō credidit ! velut insidiosum cursus rectorem interemit. Posteaq diligentius inspecta ve ritate ! tunc absoluit ! cū eius iocentie nichil vltra sepulcri ho norem dari potuit. Igitur āgusti atq estuosi maris alto e tu mulo speculatrix statua ! tā memorie Pelori ! q punice teme ritatis ! vltra citraq nauigantiū oculis collocatū indiciū est.

Am atheniēsiū citas ad vesaniā vsq temeraria . que decē iperatores suos equidē a pulcherria victoria veniētes ! capi tali iudicō exceptos necauit ! quod militū corpora seuicia ma ris iterpellāte sepulture mādare nō potuissēt . necessitatē pu niēs ! cū honorare virtutē deberet. Ca. ix. Quātū valet er

Emeritati proximus ē error . queādmodū ror. ad ledēdū par ! ita cui facilius quis ignouerit ! quia nō sua spōte sed vanis cōcitatis imaginibus culpe se iplicat. qui q late i pectoribus hoīm vagetur si cōplecti coner vicio de quo loquor si obnoxius . Paucos igitur eius lapsus refe

n. belinius cinna tr . pl. ex funere G. cesaris do remus. mū suā petēs populi manibus disceptus ē ! pro cornelio cīna in quem seuire se existimabat ! iratus ei q cum affinis esset cesaris ! aduersus eū nefarie raptū ipiā pro rostris orationē

habuisset. eoq; errore propulsus est / vt caput Beliuii peride atq; Cornelii circa rogum cesaris fixum / iaculo ferret. offi cii sui / alieni erroris / piaculum miserabile.

Am Ca. cassiū error a semetipso penas exigere coegit. in ter illum enim pugne quatuor exercituū apud Philippos varium ipsisq; ducibus ac ignotū euentū / missus ab eo Tini eus centurio nocturno tempore vt specularetur quoniam i statu res M. bruti essent / dum crebros excessus vie petit (qz tenebrarum obscuritas hostes ne an commilitones occurre rent / dignoscere non sinebat) tardius ad cassium redit. Quē is exceptū ab hostibus omīaq; ī eorū potestatē recidisse existi mans / finire vitam properauit / cum et castra hostiū inuicē capta / et bruti copie magna ex parte īcolumes essent. Tiniei vero non oblit:randa silentio virtus. qui oculis paulisper he sit / inopinato iacentis ducis spectaculo attonitus. profusus deinde in lacrimas / etsi imprudens inquit imperator cā tibi mortis fui / tamen ne id ipsum impunitum sit / accipe me fa ti tui comitē. superq; exanime corpus eius e iugulo suo gla dium capulotenus dimisit. ac permixto vtriusq; sāguine du plex victima iacuit. pietatis hec / erroris illa.

CEterum falsa opinatio nescio an precipuam iniuriam la ertis columnii venientium regis penatibus ītulerit. Nā cū intesserarū prospero iactu per iocū collusori dixisset occide et forte romanorū legati interuenissēt satellites eius errore /

vocis impulsi / interficiendo legatos ludum ad imperium trāſ
tulerunt. ¶ Capitulum decimnm De vltione.

Ultionis autē queādmodū acres / ita plerūq; ī
iuſti aculei ſūt. qui laceſſiti cōcitātur / acceptū
dolorē penſare cupiētes. quos latius cōplecti
PRri. pl. Marcus Fuluius ad populum de non attinet.
Tuſculanis retulit / quod eorum cōſilio Veliturnos preuer
nateſq; rebellaturos diceret. Qui cum coniugibus ac liberis
ſqualore obſiti / ſupplices romā veniſſent / accidit vt reliquis
tribubus ſalutarem ſentenciam ſecutis / ſola Popilia tribus
iudicaret oportere publice eos verberatos ſecure percuti. im
bellem multitudinem ſub corona venire. Quam ob cauſā
Popilia tribus in qua plurimum poſtea Tuſculani in ciui
tatem recepti potuerunt / neminem vnq̄ candidatum Popi
lie tribus fecit magiſtratum. ne ad eam ullus honor ſuffra
giis perueniret / que illis vitam ac libertatem quantum ī ip
Illam vero vltionem et ſenatus et ¶ ſa fuit ademerat.
cōſenſus omnium approbauit. Cū enim adrianus ciues Ro
manos qui vtice conſiſtebant ſordido imperio vexaſſet / idcir
coq; ab his viuus eſſet exuſtus / nec queſtio vlla in vrbe hac
de re habita / nec querela verſata eſt.

Clare vltionis vtraq; regina. et Thamiris / que caput Cy
ri abſciſum in vtrem humano ſanguine repletum dimitti
iuſſit / exprobrans illi inſatiabilem cruoris ſitim ſimulq;

penas occisi ab eo filii sui exigēs. et Beronice! que Laodices insidiis interceptum sibi filiū grauiter ferens! armata currū conscendit. persecutaqȝ satelitem regium! crudelis ministrū operis nomine Ceneum quem hasta ne quicq̄ petierat! saxo ictum prostrauit. ac super eius corpus actis equis inter infesta contrarie partis agmina ad domum in qua interfecti pueri corpus occultari arbitrabatur perrexit.

IAsonē thessalum Persarū regi bellū ferre parantem! an satis iusta vltio absumsserit! ambigue estimationis est. Taxillo enim Gimnasiarcho a quibusdam iuuenibus pulsato et sibi questo permisit! vt aūt tricenas ab hiis dragmas exigeret! aut denas plagas singulis imponeret. Quo posteriore vindicta vso (quia vapulauerat) iasonem iterfecerunt. animi non corporis dolore pene modum estimantes. Ceterum paruo irritamento ingenui pudoris maxime rei expectatio subruta est! quoniam opinione Grecie tantum in spe iasonis quantum in effectu alexandri reponitur.

Capitulū .xi. Dicta improba aut facta scelerata.

Vnc quatinus vite humane cum bona! tum etiam mala! substitutis exemplorū imaginibus prosequimur! dicta iproba aut facta scelerata referātur. Vnde aūt potius q̄ a tullia ordiar! qz tēpore vetustissimū. cōsciā nefariū. voce mōstri simile exēplū ē que cū carpēto veheretur et is qui iumēta agebat succussis

frenis constitisset / repentine more causam requisiuit. Et vt comperit corpus patris Seruii tullii occisi ibi iacere / supra id duci vehiculum iussit / quo celerius in complexu interfectoris eius tarquinii veniret. Qua tam impia tamque probrosa festinatione. non solum se eterna infamia / sed etiā ipsum vicum cognomine sceleris commaculauit.

NOn tam atrox C. fimbrie est factum et dictum. sed si per se estimetur / vtrumque audacissimum. is egerat vt Sceuola in funere C. marii iugularetur. quem postquam ex vulnere recreatum comperit / accusare apud populum īstituit. Interrogatus deinde quid de eo secus dicturus esset / cui pro sanctitate morum satis digna laudatio reddi non posset / respondit obiecturum se illi quod parcius corpore telum recepisset / licenciam furoris egre rei publice gemitu prosequendam.

vero catilina in senatu M. Cicerone incendium ab ipso exitatum dicente / sentio inquit. et quidem illud si aqua non potuero / ruina extinguam. quem quid aliud estimemus / quam conscientie stimulis actum a se inchoati parricidii peregisse.

COnsternatum etiam Magichilonis amentia pectus. qui Marco marcello datum a cesare spiritum / sua manu eripuit vetus amicus et Pompeiane milicie comes / indignatus aliquem amicorum ab eo sibi preferri. vrbem enī Amitilenis quo se cōtulerat repetētē / ī Athenięsiū portu pugiōe confodit. protinusque ad irritamēta vesanie sua trucidāda tetendit.

Amicicie hostis . diuini beneficii interceptor . publice religionis quod ad salutem clarissimi ciuis recuperandam attinuit acerba labes.

HAnc crudelitatem cui nichil adici posse videtur ! Caius turanius atrocitate parricidii superauit . nāq̧ triumuirorū partes secutus ! proscripti patris sui pretorii et ornati viri latebras etatem notasq̧ corporis quibus agnosci posset centurionibus edidit . qui eum persecuti sunt . senex de filii magis vita et incrementis / quā de reliquo spiritu suo sollicitus ! an icolumis esset ! et an imperatoribus satisfaceret interrogare eos cepit . E quibus vnus . ab illo inquit quem tantopere diligis demonstratis ! nostro ministerio . filii iudicio occideris . Protinusq̧ pectus eius gladio traiecit . Collapsus itaq̧ ē infelix auctore cedis ! quā ipsa cede miserior.

Vius fati acerbitatem . L . tullius annalis sortitus ! cum i campum marcium ad questoria comicia filii descendens proscriptum se cognoscet / ad clientem suum confugit . Sed ne fide eius tutus esse posset ! scelere nefarii iuuenis effectum est . siquidē per ipsa vestigia prīs militibus ductis occidendū eū ī cōspectu suo obiecit . Bis parricida . cōsilio prius ! iterum

NE Veturius quidem salassus proscriptus spectaculo parum amari exitus . quem latentem vxor interficiendum quid dicam tradidit an ipsa iugulauit ? Quanto enim leuius est scelus ! cui tantummodo manus abest ?

ILlud autem facinus quia externum est / tranquiliore affectu narrabitur. Scipione africano patris et patrui memoriam gladiatorio munere in Cartagine noua celebrante / duo regis filii nuper patre mortuo in arenam processerunt. pollicitiq sunt ibi se de regno preliaturos / quo spectaculū illud illustrius pugna sua facerent. eos cum scipio monuisset / vt verbis q̃ ferro diiudicare mallent vter regnare deberet ac iā maior natu consilio eius obtemperaret / minor corporis viribus fretus / in amentia perstitit. Initoq certamine pertinacior impietas fortune iudicō / morte multata est.

Itridates autem multo sceleratius. qui nō cum fratre de paterno regno / sed cū ipso patre bellum de dominatione gessit. in quo quis aut homines aut vllos adiutores inuenerit / aut deos inuocare ausus sit / pro admiratione habetur.

QVanq quid hoc quasi īusitatū vllis gentibus miremur / cum Sariaster aduersus patrem suum Tigranem Armenie regem ita cum amicis consenserit / vt omnes dexteris manibus sanguinē mitterent. atq eū īuicem soluerēt / vix ferrent pro salute parentis tā cruenta conspiratione fedus faciētem

Ed quid ego ista consector / aut quid his immoror / cum vnius parridii cogitatione cuncta scelera superata cernam / Omni igitur impetu mentis / omnibus indignationis viribus / ad id lacrimādum pio magis q̃ valido affectu rapior. Quis enim amicicie fide extincta / genus humanū cruentis

in tenebris sepelire conatum . profundo debite execrationis satis efficacibus verbis adegerit ? Tu videlicet efferata bar= barie immanitate truculentior ! habenas romani īperii quas princeps parensq; noster salutari dextera cōtinet ! capere po tuisti ? aut te compote furoris ! mundus in suo statu mansis set ? vrbem a gallis captam ! et tricentorum inclite gentis vi rorum strage fedatum aliensem diem ! et oppressos in hispa nia Scipiones ! et Transimenum lacum ! et cannas ! bellorū q; ciuilium domestico sanguine manantem furorem ! amenti bus propositis furoris tui / representare et vincere voluisti.

Sed vigilarunt oculi deorum . sidera suum vigorem obti= nuerunt . are ! puluinaria ! tēpla presenti numine vallata sūt. nichilq; quod pro capite aut patria excubare debuit ! torpo= rem sibi permisit . et in primis auctor ac tutela nostre īcolu mitatis / ne excellentissima merita sua totius orbis ruina col laberentur ! diuino consilio prouidit. Itaq; stat pax . valent le ges . sincerus priuati ac publici officii tenor seruatur . Qui autem hec violatis amicicie federibus temptauit subuertere omni cū stirpe sua po . romani viribus obtritus ! etiā apud ī fe . ros si tamen illuc receptus est ! que meretur supplicia pē dit.

Ca . xii . De mortibus non vulgaribus.

Vmane autem vite condicōem precipue primus et vltius dies continet . qz plurimum interest quibus auspiciis inchoetur ! et quo fine claudatur . Ideoq; eum

demū felicē fuisse iudicamus/ cui et accipere lucē prospere/ et reddere placide cōtigit. medii tēporis cursus/ prout fortu na gubernaculū rexit. mō aspero modo trāquillo motu per agitur. spe sēper minor/ dū et cupide votis extēditur/ et fere sine rōe cōsumitur. Nā et si eo bene vti velis/ etiā paruum amplissimū efficies/ numerum annorū multitudine operū superando. Alioquin quid attinet ierti mora gaudere/ si ma gis exigis vitā ꝙ approbas/ sed ne lōgius euager/ eorū men tionē faciā qui nō vulgari genere mortis absorpti sunt.

TVllius hostilius fulmine ictus/ cum tota domo cōflagra uit. singularem fati sortem/ qua accidit vt columen vrbis in ipsa vrbe raptum/ ne supremo quidem funeris honore a ci uibus decorari posset. celesti flamma in eadem cōditione re dactū/ vt eosdē penates et regia. et rogū. et sepulcrū hēret.

Ex verisimile est in eripiendo spiritu/ idem gaudium po tuisse/ quod fulmen. et tamen idem valuit. Nunciata enī cla de que ad lacum Transymenum inciderat/ altera mater sos piti filio ad ipsam portam facta obuia/ in complexu eius ex pirauit. altera/ cum falso mortis filii nuncio mesta domi re sideret/ ad primū conspectū redeuntis exanimata est. Genus casus iusitatū. quas dolor non extinxerat/ leticia consūpsit.

SEd minus miror ꝙ mulieres Marcus niuentius calua cō sul collega Tiberii gracchi consulis iterum/ cum i Corsica quam nuper subegerat sacrificaret/ receptis litteris decretaꝙ

ei a senatu supplicationes nunciantibus / intento illas aĩmo legens! caligĩe orta ante foculum collapsus mortuus humi iacuit. Quē quid aliud q̃ nimio gaudio enectum putemus? En cui numancia aut Cartago excidenda traderetur.

MAioris aliquanto spiritus duxq Quintus catulus Cibrici triumphi. Caio Mario particeps a senatu datus sed exitus violentioris. Namq ab hoc eodem mario postea propter ciuiles dissentiones mori iussus! recenti calce illito! multoq igni percalefacto! cubiculo se inclusum peremit. Cuius tam dira necessitas! maximus mariane glorie rubor extitit.

Va tēpestate rei. p. tr. pl. quoq cornelius merula cōsularis flamē Dialis! ne ludibrio ĩsolentissimis victoribus esset ĩ iouis sacrario venis incisis! cōtumeliose mortis denũciationē effugit. sacerdotisq sui sãguine vetustissimi foci madue-

DCer enim et animosus vite exitus Heremii Siculi Grũt quo Caius Gracchus et auruspice et amico vsus fuerat. Nã cum in carcerem duceretur! in postem eius illiso capite ĩ ipso ignominie aditu concidit. ac spiritum posuit. vno gradu a publico supplicio manuq carnificis citerior.

Onsimili impetu mortis C. Licinius macer vir pretorius Calui pater repetundarum reus! dum sententie dicerentur! in menianum conscendit. siquidem cum Marcum ciceronem qui id iudicium cogebat pretextam ponentem vidisset! misit ad eum qui diceret! se non damnatum sed reũ periisse.

nec sua bōa haste posse subici. ac protinus sudario quod forte in manu habebat ore et faucibus suis coartatis īcluso spiritu penam morte precurrit. Qua cognita re/ Cicero de eo nichil pronunciauit. Igitur illustris ingenii orator/ et ab inopia rei familiaris/ et acrimine domestice damnationis inusitato paterni fati genere vindicatus est.

MOrtis huius mors/ illorum pericula. Cornelius enim gallus pretorius et Etherius eques romanus inter vsū puerilis veneris absumpti sunt. Quanq̄ quorsum attinet eorū cauillari fata/ quos non libido sua sed fragilitatis humane ratio abstulit? Fine nāq; vite nostre variis et occultis causis expoīto īterdū quedā immerētia supremi fati titulū occupāt cū magis in tēpus mortis incidant/ q̄ ipsam mortē accersāt.

Vnt et eterne mortes digne adnotatu. qualis imprimis come quē ferūt maximi latronū ducis Cleonis fratrē fuisse Is enī ad Rutiliū cōsulē hemiā quā predones tenuerāt ī potestatē nostrā redactam perductus/ cum de viribus et conatibus fugitiuorū interrogaretur/ sumpto tēpore ad se colligēdum caput operuit. innixusq; genibus/ cōpresso spū/ īter ipsas custodū manus/ īq; cōspectu sūmi īperii exoptata securitate acquieuit.

TOrqueant se miseri quibus extingui quā superesse vtilius est. in trepido et anxio consilio quanā ratione vita exeant querentes/ ferrum acuant. venena temperent. laqueos apprehēdāt. vastas altitudines circūinspiciāt

tanq̈ magno apparatu aut exquisita molitione opus sit / vt corporis atq̃ animi infirmo vinculo coherens sotietas diri matur . Nichil horũ cõma / sed intra pectus inclusa aĩa finẽ sui reperit. Enĩuero minimo studio retinẽdũ bonũ / cuius ca duca possessio tã leui afflatu violẽtie cõcussa dilabi potuit.

Eschilis vero poete excessus quemadmodũ nõ voluntari us / sic propter nouitatem casus referendus . in Sicilia meni bus vrbis in qua morabatur egressus / aprico ĩ loco resedit. super quem aquila testudinem ferens elusa splendore capi= tis (erat enim capillis vacuum) perinde atq̃ lapidi eam illisit vt fracte testudinis carne vesceretur . Eoq̃ ictu origo et prin cipium fortioris tragedie extinctum est.

Non vulgaris etiam Homeri mortis causa fertur . qui in insula (quia questionẽ a piscatoribus positam soluere nõ po tuisset) dolore assumptus creditur.

Sed atrotius aliquanto Euripides finitus est . Ab Archi lai eni regis cena ĩ macedonia domũ hospitalẽ repetẽs / canũ morsibus laniatus obiit. crudelitas fati tãto ĩgenio nõ debita sicut illi excessus illustriũ poetarũ et moribus et operibus ĩdi

Sophocles vltime iã senectutis . cũ ĩ certamĩe gnissimi. tragediã duxisset / ancipiti sentẽtiarũ euẽtu diu sollicitus / ali quãdo tamẽ vna sẽtẽcia victor / cãm mortis gaudiũ habuit.

Philemonẽ aũt vis risus ĩmoderati abstulit . paratas ei fi cus atq̃ in cõspectu positas asello cõsumẽte / puerũ vt illum=

abigeret inclamauit. Qui cũ iã comestis omnibus superue-
nisset: quoniã ĩquit tã tardus fuisti. da nũc merã asello. Ac
protinus vrbanitatem dicti crebro anhelito cachinorũ prose
cutus: senile guttur salebris spiritus grauauit.

AT Pindarus cum ĩ gynnasio super gremium pueri quo
vnice delectabatur capite posito quieti se dedisset: non prius
decessisse cognitus est: q̃ a gynnasi archo claudere iam clau
dere eum locum volente ne quicq̃ exitaretur.

Vi quidem crediderim eadẽ benignitate deorũ et tantum
poetice facundie: et tã placidũ vite finẽ attributũ: sicut Ana
creonti quoq̃ quẽ bis statũ hũane vite supergressũ: dũ passe
vue succo tenues et exiles virĩũ reliquias foueret: vnius gra
ni pertinatior in aridis faucibus humor assumpsit.

I Vngam illos quos et propositum et exitus pares fecit:
Milo crotoniates cum iter faciens quercum in agro cune-
is adactis fissam vidisset: fretus viribus accessit ad eam. ĩser-
tisq̃ manibus diuellere conatus est. quas arbor excussis cu-
neis: in suam naturam reuocata compressit. eumq̃ cum tot
gymnicis palmis lacerandum feris prebuit.

Tẽ Polidamus athleta tẽpestate speluncã subire coactus
est. Nimio et subito incursu aque labefacta ea ac ruente: ce
teris comitibus fuga periculũ vitantibus egressis: solus re
stitit: tanquã humeris suis totius ruine molẽ sustẽtaturus.
sed omni corpore humano potentiore pressus: imbris petitã

latebram dementis fati sepulcrum habuit.

Ossunt hii prebere documētum. nimio robore membrorum vigorem mentis hebescere quasi abnuente natura vtriusq; boni largitionem / ne supra mortalem sit felicitatem eūdem et valentissimum esse et sapientissimum.

Capitulum tridecimum De cupiditate vite.

Erū quia excessus e vita et fortuitos et viles quosdā etiam temerarios oratione attigimus subiciamus nunc estimationi enerues et effeminatos. vt ipsa cōparatione pateat quanto non solum fortior / sed etiā sapientior mortis interdum q̄ vite sit cupiditas

.aquilius cum extigui sibi gloriose posset / Mitridati maluit turpiter seruire. quē non aliquis merito dixerit Pontico supplicio / q̄ romano imperio digniorem. quoniam cōmisit. vt priuatum opprobrium / publicus rubor existeret.

Cn. quoq; carbo magne verecundie est latinis annalibus. tertio in consulatu suo iussu Pompei in scicilā ad suppliciū ductus / petit a militibus demisse et flebiliter vt sibi aluum leuare priusquā expiraret liceret / quo miserrime lucis vsu diutius frueretur. Eoq; morā trahens / donec caput eius sordido in loco sedentis abscideretur. Ipsa verba tale flagitium narrantis secum luctantur. nec silentio amica / quia occultari merentur. neq; relationi familiaria / qz dictu fastidiēda

Vid. Brutus exiguum et infelix momentū. sunt

vite quanto dedecore emit? quia furio quem ad eum occidendum Antonius miserat comprehensus / non solum ceruicē gladio subtraxit / sed eciam constantius eam prebere admonitus / ipsis his verbis iurauit. Ita vt viuam dabo. O cunctacionem fati erumpnosam. o iuradi stolidā fidem. sed hos tu furores immoderata retinendi spiritus dulcedo subicis. sane rationis modum expugnando / que vitam diligere / mortem non timere precepit

Eadem xersen regem pro totius Asie armata iuuentute quod intra cētum annos esset obitura / profundere lacrimas coegisti. qui michi specie aliena reuera suam cōditionem deplorasse videtur. opum magnitudine ꝙ altiore animi sensu felicior. Quis enim mediocriter prudens mortalem se natū fleuerit? Capitulum xiiii. Quam exquisita custodia vsi sunt quibus suspecti domestici fuerunt.

Referam nunc eos quibus aliquos suspectos habētibus exquisitior sui quesita custodia ē. nec a miserrimo / sed ab eo qui inter paucos felicissimus fuisse creditur incipiam.

Masmissa rex parum fidei in pectoribus hominum reponens / salutem suam custodia canum vallauit. quo tam late patens imperium? quo tantum liberorum numerum? quo denique tam arta beniuolentia constricta Romana amicicia / si ad hec tueda nichil canino latratu ac morsu valētius duxit?

Oc rege inferior alexander. cuius precordia / hinc amor / hinc metus torserunt. Nam cum infinito ardore coniugis Thebe teneretur / ad eandem ex epulis in cubiculum venies barbarum compunctū notis Traicis stricto gladio iubebat āteire. nec prius se idem lecto committebat / q̃ a stipatoribus diligenter esset scrutatus / supplicium irato deorum numine compositum / neq̧ libidini neq̧ timori posse īperare. Cuius timori eadem et causa et finis fuit. Alexandrum enim Thebe pellicatus ira mota interemit.

At De Dyonisius siracusanorum tyrannus huiusce tormēti q̃ longa fabula. qui duo de quadraginta annorum domīationem in hunc modum peregit. sūmotis amicis / in eorū locum ferocissimarum gētium homines / et a familiis locupletum electos preualidos seruos quibus latera sua cōmiteret substituit. tonsorū quoq̧ metu tondere filias suas docuit. Quarum ipsarum postq̃ adulte etati appropinquabant manibus ferrum non ausus committere / instituit ut candentiū iugulandium aut nucum putaminibus barbam sibi et capillum adurerent. Nec securiorem se maritum egit q̃ patrem Duarum enim eodem tempore Aristomacles Syracusane. et Locrensis Doridis matrimoniis illigatus / neutriusq̧ unquam nisi excusse complexum petiit. atq̧ etiam cubicularem lectum perīde quasi castra lata fossa cinxit. ī quem se ligneo ponte recipiebat / cum forē cubiculi extrinsecus a custodibus

opertam / interiorē claustro ipse diligenter obserasset.

Capitulum decimum quintum de similitudine forme.

De similitudine autem oris et totius corporis altiore doctrina prediti / subtilius disputant. eorūq; alii in ea sunt opinione vt existiment illam origini et contextui sanguinis respondere. nec paruū argumentum ex ceteris animalibus trahunt / que fere gignē tibus similia nascuntur. alii / negant hanc esse certam nature legem. sed species mortalium prout fortuita sors conceptionis obtulit attribui. atq; ideo plerumq; et ex speciosis deformis / et ex robustis īualidus partus editur. Verum quoniā ista questio in ambiguo versatur / pauca inter alienos cōspecte similitudinis exempla referamus.

Magno Pompeio Vibius ingenue stirpis et Publicius libertinus ita similes fuerunt / vt permutato statu et Pompeius in illis et illi in Pompeio salutari possent. Certe quocūq; aut Vibius aut Publicius accesserant / ora hominum in se conuertebant / vno quoq; speciem amplissimi ciuis in personis mediocribus adnotante.

Quod quidem fortuitum ludibrium quasi hereditariū ad eum penetrauit. Nam pater quoq; eius eousq; Menogenis coci sui similis esse visus est / vt vir et armis prepotēs / et ferox animo / sordidū eius nomē repellere a se non valuerit.

ximie vero nobilitatis adolescens Cornelius scipio / cum

pluribus et clarissimis familie sue cognominibus abūdaret in seruilem Serapionis appellationem vulgi sermone īpactus est: quod huiusce nomīs victinario q̄ similis erat. Neq̃ illi aut morū probitas: aut respectus tot imaginum quo minus hac contumelia aspergeretur opitulata est.

Generosissimus consulatus collegium Lentuli et metelli fuit. qui ambo in scena propter similitudinem histrionum propemodum spectati suut. sed alter ex quodam secundarū cognomen Spinteris traxit. alter nisi nepotis amoribus accepisset: Pamphili retiarii cui similimus esse ferebatur habuisset.

T Marcus messalla consularis et censorius Menogenis Curioq̃ omnibus honoribus abundans Burbulei: ille propter oris aspectum: hic propter parem corporis motum: vterq̃ scenici nomen coactus est recipere.

Abunde sint hec de domesticis: quoniam et personis sunt excellentia et non obscura noticia celebrantur.

Regi Anthiocho vnus ex equalibus et ipse regie stirpis nomine Arthenio perquam similis fuisse traditur. q̄ Laodice vxor anthiochi īterfecto viro dissimulādi sceleris gratia perinde quasi ipsum regem egrum collocauit: admissumq̃ vniuersum populum: et sermone eius: et vultu consimili fefellit. crediderunt q̃ homines ab anthiocho moriente: Laodicen et natos eius sibi commendari.

Hybreantem autē milasenum copiose atq̃ concitate facūdie

oratorem / cuneorum seruo strigmenta gymnasii colligenti germanum fratrem totius Asie oculi assignarunt. Ita linia mentis oris et omnium membrorum compares erant.

ILle vero quem in scicilia pretoris admodum similem fuisse constat / petulantis fuit animi. Proconsule enim dicente mirari se quapropter sui tam similis esset / cum pater suus in eam prouinciam nunquā accessisset / at meus inquit Romam frequēter accessit. Ioco nāq lacessitā matris sue pudiciciam / inuicem suspicōe in matrem eius reiecta audatius q̃ virgis et securibus subiecto conueniebat / vsus est.

Capitulū.xvi. De hiis qui infimo loco nati mendatio se clarissimis familiis inserere conati sunt.

[S]Ed tolerabilis hec et vni tantummodo āceps temeritas. quod sequitur impudentie genus nec ferendum vllomodo / periculiq cum priuatim tum etiam publice late patentis.

NAm vt equitium a Firnio piceno monstrum veniens / relatum iam in huiusce libri superiore parte / pretereā cuius ī amplectando Tiberio gracchо patre euidens mendatiū / turbulento vulgi errore amplissima tribunatus potestate valla[tum est]. [H]Ierophilus equarius medicus. Ca. marium [ ] tū est. septies consulem auum sibi vendicando ita se excudit / vt et colonie se veteranorum complures / et municipia splendida / collegiaq fere omnia patronum adoptarent.

II

QVinetiã cũ Ca. cesar Cn. Pompeio adolescente in hispania oppresso / populum in ortis suis admisisset / proximo intercolumnio pene pari studio frequentie salutatus est / quod nisi diuine cesaris vires huic erubescẽde procelle obstitisset / simile vulnus res publica excepisset / atq; ĩ equitio acceperat Ceterum decreto eius extra italiam relegatus / postq̃ ille celo receptus est / iu vrbem rediit. et consilium interficiendi senatus capere sustinuit. quo noĩe iussu patrum necatus ĩ carcere / feras prõpti aĩ ad omne moliẽdũ scelus penas pepẽdit.

Et diui quidem augusti et nunc terras regentis / excellẽtissimum numen / intemptatũ ab hoc ĩiurie genere. Extitit enĩ qui clarissime ac sãctissime sororis eius Octauie vtero se genitum fingere auderet. propter summã autem imbecillitatẽ corporis / ab eo cui datus erat perinde atq; ipsius filium retẽtum / subiecto in locum suum proprio filio diceret. videlicet vt eodem tempore sanctissimi penates et veri sauguinis memoria spoliarentur / et falsi sordida contagione inquinarentur. Sed cum plenis impudentie velis ad summum audacie gradũ fertur / iperio augusti remo publice triremis affixus

REpertus est etiam qui diceret esse Quĩti sertorii Celt filium. Quẽ vt agnosceret vxor eius / nulla vi cõpelli potuit

QVid Trebellius chalcha & q̃ asseueranter se inserere Clodium tulit / equidem dum de bonis eius contendit in centumvirale iudicium / adeo fauorabilis descendit / vt vix iustis et

I

equis sentenciis consternati populi vllum reliquerit locum in illa tamen questione / neqꝫ calumnie petitoris / neqꝫ violentie plebis voluntarie religio cessit.

Multo fortius ille / qui Cornelio sylla re publica potiente / in domum Cn. asiani bionis irrupit. filiumqꝫ eius patris penatibus expulit / vociferando non illum / sed se a bione esse procreatum. Verum postq͡ a Syllana violentia. Cesariana equitas reduxit gubernacula Romani imperii / iustiore principe obtinente rē publicā / in publica custodia spiritū posuit.

Eodem preside rei publice ī cōsimili mendatio muliebris temeritas Mediolani repressa est. siquidem cum se pro Rubria quedam perinde ac falso credita esset / incendio perisse nichil a se pertinentibus bonis insereret / neqꝫ ei aut tractus eius splendidi testes / aut cohortis augusti fauor deesset / propter inexpugnabilem Cesaris constantiam irrita nefarii propositi abiit.

Idem barbarum quendam ob eximiam similitudinem capadocie regnum affectantem / tanquā Ariarathes esset / quā a Marcho Antonio interemptum luce clarius erat / quanq͡ pene totius orientis ciuitatum. et gentium credula suffragatione fultum / caput imperio dementer imminens / iusto impēdere supplicio coegit. ¶ Valerii maximi / factorum et dictorum memorabilium liber nonus desinit. ¶ In Epithoma decimi libri Caii Titi probi / prefatio incipit.

D

[D]ecimus huius operis liber qui et vltimus ē vel ex negligentia aut maliuolentia librariorū deperiit. abreuiator vero titulos eius habebat integre fortassis. tamē de vno tantū hoc est de prenoīe epithoma representabat. ¶ Decimi libri Caii titi probi. De prenoīe Epithoma īcipit.

[V]Arro simplicia in italia fuisse nomina ait. existimationisq̧ sue argumētū refert: q̄ Romulus et Remus et Faustulus neq̧ prenomen vllū neq̧ cognomen habuerunt. Qui ab eo dissentiunt / aiūt matrem eorum: ream siluiam vocatam. auū: Siluiū munitorē fratrem eius: Amulium siluium. et superiores albanorum reges: Capetum siluium. Agrippam siluium. posterioresq̧ duces: Mecium sufecium. et tutorem Clodium vocatos. nec contenti hiis: ad sabinos transgrediuntur. et titum tacium. Numā Pōpiliū. et patrem eius: Pompiū pompilium. eius deniq̧ regionis principes enumerant: Putilianum lauianū. Volesiū valensiū Meciū curciū. Aliū sumusilleaticum. etrufcis: recitāt Lartē porsennā. ab equitulis: septimum mediū primū regē eorū. et Sertorē resiū: qui primus ius feciale instituit. In hunc modum Varronis sententia subruitur.

[R]Omanos autem arbitrandum est ab Albanis et Sabinis multiplicandorum nominum consuetudinem traxisse: quoniam ab illis orti sūt. Omnia autē que ad vnūquēq̧ nostrū

L

diffiniendum excogitata sunt: eandem vim significandi hominis obtinent. quod per proprietatem dicitur / hoc distat: quia eo gens cognoscitur. ideoq3 dicitur gentilicium. Cetera ordine variantur. nā quod preponitur: prenomē. quod postfertur: cognomen. quod ad vltimum dicitur: agnomen. quorū series nō ita vt exposui: semper seruata est. Aiaduerto enim in consulum fastis perplexum vsum prenominū et cognominum fuisse. dictum: Postumum cominiū Arontium et postumum ebucium helnam. et vopistum iulium. et opitrem virginum tricoscum. et paulum fabium maximū. qui etiam quedā cognomina in nomen versa sunt: vt Cepio. nāq3 hoc in bruto nōis locum obtinuit. Gentilium nōia Varro putat fuisse numero et prenomina circa triginta. Pueris nō priusq̄ togam virilem sumerent: puellis non anteq̄ nuberent: prenomina imponi moris fuisse Quintus sceuola auctor est. que olim prenomina fuerunt: nunc cognomina sūt: vt Postumus agrippa proculeus. Cesar opiter: qui patre mortuo auo viuo gignebatur. vt Opiscus: qui in vtero matris geminus conceptus: altero ab ortu eiecto incolumis editus erat. Hospes prenomen fuit in eo qui peregre apud hospitem natus erat. Idq3 habuit Lucrecius Tricipicius collega Lucii sergii. Volero enim in prenomen abiit. Quia nolentibus nasci liberis parentibus. videbatur. Quo vsus est Publius philo. Laertis prenomen est sumptum a laribus

Tuſcū ante creditū eē. fuitq̧ cōſularis. Heriminus eſt pre=
nomen Tito virgineo caſto. Stacius a ſtabilitate! Fauſtus a
fauore prenomina ceperūt. Tullius prenominatus eſt omi
nis gratia quaſi tollendus o. littera in. v. conuerſa. Sertor
qui per ſationem natus erat appellatus eſt. Ancum preno
men Varro Sabinis trāſlatum putat. Valerius autem ſcri
bit q̄ cubitum viciosum habuit quod grece vocatur
Lucii ceperunt appellari qui ipſo inicio lucis orti erant. aut
vt quidam arbitrantur a Lucumonibus etruſcis. Mammii
qui mane editi erant vel ominis cauſa quaſi boni. manū enī
antiqui bonum dicebant. Gneus ob iſignem rem appellatus
quod vnum prenomē varia ſcriptura notatur. Alii enī Neū
alii gneum. alii Cneū ſcribunt. qui g. littera in hoc prenoīe
vtuntur! antiquitatem ſequi videntur que multum ea littera
vſa eſt. olim enim dicebant frugmentum nunc frumentum
refertur. et gnatura modo natura. igitur etiā qui in corpori
bus gigni ſolet gneus appellatur. qui C. corruptione ſillabe
delectari videtur. qui Neus! leuitatē gaii īdicātur dicti a gau
dio parentū. Auli qui diis alētibus naſcūtur. Marci marcio
menſe geīti. Publii qui prius pupili facti erant q̄ prenomi
na hērent. alii ominis cauſa ex pube. Tiberii vocitari cepe
runt qui ad tiberim naſcebantur. Titus e ſabino nomine ti
to fluxit! Appius ab acteo eiuſdem regionis prenomine.
Ceſones appellati ſunt qui mortuis matribus exſecti erant.

Seruius qui mortua matre in vtero seruatus est. Spurii a patre incerto geniti. quasi Epopa aliter numeri sola patricia familia vsa est. Fabia idcirco q. cccvi. apud Tremiam flumē cesis: qui vnus ex ea stirpe extiterat: ducta in matrimoniū vxore filia Numeri iotalicii malemitani sub eo pacto vt eū quem primum filium sustulisset: ei numeri prenomen īponeret obtemperauit. Antiquarum mulierum frequēti ī vsu prenomina fuerunt. Rutilia: Cesellia: Rodocilla: Mutrulla Burra a calore dicta. Illa prenomina a viris tracta sunt. Caia Lucia Publia. Merea. Ceterum Caia vsu super omnes celebrata est. fertur enī Caiam ceciliam Tarquinii prisci regis vxorem optimam lanificam fuisse. et ideo institutum fuit vt noue nupte ante ianuam mariti interrogate quenam vocarētur: Caiam esse se dicerent.

Decimi libri Caii titi probi epithoma desinit.

Primum imperium romanū reges habuere. quorum primus fuit Romulus. Secundus Numa pōpilius. pictagoricus discipulus Tertius Tullus hostilius Quartus Ancus marcius. Quintus Tarquinius priscus Sextus Seruius tullius. Septimus tarquinius superbus post cuius exactionē consules creati sunt.

Senatus erat societas ac collegium senatorum. qui centū primo numero per Romulum stabiliti sunt.

Eide regibus exactis: senatus numero ducētos adauctus

est.et omnes patres conscripti nominati sunt/ siue etate siue cura/ siue similitudine/ quod sicut patres liberos ita ipsi rempu licam regebant. eorum dignitas tota vita perdurabat.eorumque filii Patricii dicebantur.

Consules duo erant/et eorum officium annuo spacio perdu rabat.anno completo/ ro.po. colligebatur in campo marcio in comiciis et de consulibus eligendis pertractabat. officium consulum id erat/ exequi diligentia et opera voluntatem ac ius sa senatus. eis data potestas erat damnandi atque soluendi.

Quemque consulem duodecim homines secures manibus gestantes precedebant. et hii littores appellati sunt.

Dictator/ erat officialis populi Romani qui supra ceteros magistratus preferebatur honore ac potentia. quoniam ne mini fas erat de sententia dictatoris querelam agere. aut si bi contradicere. nec dictator eligebatur nisi cum maxima ne cessitas ad hoc agendum ro. po.coegisset/Quilibet etiam dicta tor sub se magistrum militum habebat qui secum creabatur Dictatura sexto mense finiebatur. cicius tamen aut tardius/ prout pericula et necessitas exposcebant. Imperator/is dicebatur qui prelio perdurante preerat exercitui/ factus com muni concordia vel consul vel dictator, vel quispiam alius ma gistratus. Et quilibet imperator aut dux in suo exercitu duos officiales habebat qui legati dicebantur. hii omnibus aliis an tepositi vbi imperator esse non poterat/ eius vice potiebantur.

¶ Tribuni erant officiales ad plebis tutamen procreati. hi liberi erant et exempti in vrbe et extra Romanam curiã per vnum miliare et sacrati dicebantur. Et si quis magistratus eos contumelia vlla lesisset/trunca eius ceruix in templo io uis consecrabatur. Eorum officium statuto temporis inter uallo durabat. ¶ Quorum ministri siue satelites/ viatores appellabantur. ¶ Pretor/ erat officialis qui iusticiã po.ro. tribuebat. malos coercebat innocue viuentes tutabatur. Si cut potestates siue prepositi siue balliui faciunt. et illud offi cium ideo receptum est/ quia belli tempore consules admo dum occupati/iuri dando vacare non poterãt. ¶ Prefectus erat magistratus cuius erat munire ac prouidere necessitati rei publice precipue tamẽ inedie. ac restaurare omnes defec tus vrbi aduenientes. Et cum superiores magistratus vrbe excesserant/ is summus administrator cum rege remanebat ¶ Pontifices dicebantur principes antistitum. et sacrorum et auguriorum. Inter quos vnus summus pontifex ma ximus siue pontificum rex et sacrorum habebatur ¶ Et eo rũ dignitates certo termino et statuto tempore perdurabãt ¶ Censores/ erant magistratus maxime auctoritatis et pro uidentie. horum cura fuit extimacõnis stateras/pondera/vi as ornamentaq; cetera ciuitatis et suburbiorum et munici piorum vrbi finitimorum vt debite haberentur pertractare vrbis et ciuiũ ĩpẽsas superuacuas resecare. hi magistratus. i

A

initio suo quinquennio perdurabant. postea decẽ et octo men sium sibi statutus est. ¶ Questoris erat officium inquire re rei. p. rationes. vrbis Romane vectigalia et prouẽtus exi gere. Controuersie ciuium his coram agebantur / et ab his / questionibus et litibus finis aut sentenciis / aut alter impo nebatur. ¶ Interrex / erat officium cui plena et integra po testas erat eligendi magistratus . qui disceptationis in comi ciis eligi non poterant. Ea dignitas sicuti propter voluntatẽ dabatur . ita perdurabat et facta electione cessabat. ¶ Ediles erant officiales quibus templorum cura cõmittebatur . pon derum. mensurarũ. et expurgande a sordibus ciuitatis. mul tarumq rerum aliarũ. Sedebant in curulibus. controuersie de vsuris coram eis agebantur. loca tãtum publica et res pu blices nichilq priuatum curabant. ¶ Ciliarche / mile militi bus preerãt. ¶ Decuriones / decem militum principes habe bantur. ¶ Centuriones centum militibus preerant. ¶ Po pulus dicitur collectio ciuiũ Romanorũ . plerique tamen opi nantur neque senatores neque patricios in populo numerari.

¶ Plebs / populi pars erat ex abiectioribus constans. s. po pulus minutus ¶ Cuius plebis tribuni tutores erant.

Comiciũ / dicebatur electio magistratuum siue officialium. Itẽ locus aut tẽpus electionis comicia dicebãtur . Magistra tus generaliter dicebatur quelibet dignitas aut officiũ Ro manũ. quãque magistratus ĩterdum officialem aut officialiũ

collectionem designat ¶ Milites dicebātur / quicūq3 iureiu-
rādo accepto miliciā peragebāt. siue pedites siue equites pro
ficiscerentur ¶ Turma erat siue ala / triginta militū equitū
¶ Contuberniū siue manipulus decē militū erat cōsortiū.
¶ Legio. erat cetus militū ordinatus a sex milibus vsq3 ad
septem milia nō vltra procedens / quāq3 pleriq3 sibi certū nu
merum assignēt. puta sex milia / sex cētū sexagīta sex milites
bellatores / quorū lxvi. erāt officiales ¶ Cohors erat cetus
quīgētorū militū armatorū ¶ Quidā tamē dixere q nō nisi
ex quinquagīta cōstabat ¶ Cornua sūt extremitates acierū
pugnātiū et hostium ¶ Triūphus dicebatur sūmus honor
qui romanis īperatoribus exhibebatur / qui strēnue pugnan
do hostes ingenti clade prostrauerant ¶ Ouatio / erat alacri
tas que illis fiebat qui egregie pugnando nō minus amplā
victoriam reportauerant ¶ Iusticia in vrbe Romana nemi
ni reddebatur periculosis rei publice temporibus et dubiis
certaminibus. Sed iura claudebantur et fori iurgia tacebant
quousq3 instans periculum tolleretur ¶ Patricii dicebantur
qui ex patribus conscriptis id est senatoribus descendebant.
¶ Priuati / ciues dicebantur qui nullum officium publicū
exercebant ¶ Eorum oppositi scilicet qui magistratum ex
ercebant publici vocabantur ¶ Colonia / erat cetus aut mu
titudo ciuium non diuitum non potentium transmissa iussu
senatus ad inhabitandum ciuitates alienas / aut gratia

custodiendi/aut possidendi/propriis aut depulsis/ aut omni no deletis. ¶ Et hii noui hitatores coloni dicebātur. ¶ Lex erat ro. populi constitutio. ¶ Senatusconsultus/erat decretū a senatu cōstitutū. ¶ Plebiscitū/ erat cōstitutio cōsensu plebis a tribunis ordinata. ¶ Decretū/ dicebatur īperatoris edictū et quodlibet horū vim legis obtinebat. Et similiter sicuti lex firmiter seruabātur dicta pretoris prefecti censorū questorū et ediliū. ¶ Ciues ro. interdū tribus noībus vocabantur sicut Publius cornelius scipio. Vnde et quidā aiūt vnū esse prenomē aliud nomē. terciū cognomē vel agnomen.

¶ Et qz in historiis Romanis sepius noīa breuiter notantur opus ē scire/ q per a Aulus intelligitur. per ap. Appius per fl. Flauius. per m. Marcus. per S. Sextius. per t. Titus per c. Celius per g. Gaius. per gn. Gneus. per p. Publius. per d. Decius. per l. Lucius. per q. Quintus. per sp. Spurius. per . R. Roma. per. ro. Romani. per pl. Plebs per. r. p respublica. per cons. consul. per se. senatus. per tr. tribunus per se. con. senatuscōsultus. per. b. Brutus. per iud. iudices per qr. Quirites. ¶ Feciales/ erāt officiales qui exposcebāt satisfactionem ab his qui po. ro. damnum aut contumeliam inferebant. pacis aut prelii iudices et nunciatores erant/ pro vt senatus aut populus romanus instituerat

¶ De dignitatibus magistratibus et officiis Romanorum compendium desinit;

¶ Prologus.

CIrca tabulam valerii de propriis nomībus est sciē dum ꝙ in ea non ponuntur omnia propria nomīa que in ipso valerii textu īueniuntur scripta: sed solum ea quorum facta tangit principaliter historia. Siquidē plerūqꝫ valerius dum historiam narrat: sub quibus consulibus/censoribus/ tribunis et similibus gesta fuerit designat quos consules tribunos et similes in tabula reponere nimis prolixum et minus vtile visum est. Ideo illos omittendo ipsorum dumtaxat propria nomīa apponere decreui: qui historiam principaliter componunt: non sub quibus acta est: aut de quibus in historia alias incidentaliter fit mentio.

SCiendum est etiam ꝙ ad inueniendum facta exterorū grecorum scilicet et barbarorum: nulla est difficultas quia comuniter vnico nomine nominantur. sicut alexander in a. Bias in b. calistenes in c. De romanis autem non sic. quoniam comuniter binomii plerumqꝫ trinomii et quandoqꝫ quatrinomii (vt ī tabula patet) īueniūtur. quod fortasse ipe diuit: ne iam dudum tabula presens conficeretur: aut cōfecta manifestaretur. Quocirca attendendum est: ꝙ romani vt dictum est plerūqꝫ habuerunt tria nomina: vt Marcus tullius cicero. primum vocatur prenomen. s. marcus. secundum cognomen. s. tullius. terciū agnomen. s. cicero. Ciceronis igitur fcā ī prenomīe queres s. ī marcus vbi quod queres inuenies: vel te ad tulliū vel ciceronē recurrēdū eē dicetur. Si aūt alicuius prenomē ignoras: vt puta nescis quo prenomīe fabius maximus seruilianus nominetur: ymo credis forsitan ꝙ fabius sit prenomē: Nā plerūqꝫ quod vni est prenomē alteri est cognomen: ideo queres in f. et non inuenies. Ideo circa hoc est notandum: ꝙ apud romanos fuerunt aliqua prenoīa multum comunia vt gaius lucius gneus marcus publius et quintus. que in presenti tabula appellabuntur prenomina

ſubtabulata. quia poſt ipſa ſequuntur cognomina ordīe lit=terarum alphabeti. ut poſt lucius auratinus ſequitur lucius brutus. et deinde lucius calphurnius. et ſic conſequenter et ſic in aliis prenominibus. Si ergo non inuenis predictum fabium in f oportet te recurrere ad ſubtabulam ſeu ad illa pronomina ſubtabulata. et dum ad prenomen Quintus ve neris! inuenies quintum fabium maximum ſeruilianum. et ſic facias de aliis dum inuenire non poteris.

Sciendum eſt inſuper ꝙ per preſentem tabulam nō intendo terminare dificultates de idemptitate et diuerſi=tate hominum ſimili nomine nuncupatorum Id nāqꝫ cōmētatoris ē non tabulatoris. vt ꝙ idē ſit pompeius vel alius de quo in iſta hiſtoria fit mentio et in illa vel idem cato vel ſcipio. et ſic de aliis. Nam cum ex textu valerii diſcrepent doc=tores ad quem ceſarem librum ſum deſcripſerit! quid mea intereſt illud et ſimilia velle terminare?

Qſtremo notandum eſt ꝙ hiſtoriarum inicia que parraphos nominamus! non inueniuntur eodem modo ſignata in omnibus textibus. Siquidem conſueuit valerius plerūqꝫ continuare hiſtoriam hiſtorie/ que continuatio in aliquibus textibus ponitur cum precedēti hiſtoria! in aliis cum ſequē ti! vt patet libro ſecundo capitulo ſecundo ¶ eiuſdem vel papirius. Nam in aliquibus textibus icipit hiſtoria. ibi eiuſdē in aliis. ibi papirius. Ideo ſi quomodo ſignaui non reperis in libro tuo! oportet te ad alias litteras que non ſunt parra=phate ideſt parrapho ſignate recurrere. et tunc quod queris inuenies

Si autem preſens tabula non ſit perfecta! ſed aute obliuione aut inaduertentia aliqua nomina ſint omiſſa cū illud cognoueris in tua tabula adde! et de hoc nouo et nō modico labore gracias habe. Credo enim ꝙ maiorem partem nominum in ipſa inuenies.

Tabula super valerium
de propriis nomimibus

lucius craſſus prodigus li ix ca i ¶ gneus domicius Craſſus in c.et in p publius.
lucius cornelius merula ſe iterficit li ix c xii ¶ qua tēpeſtate
lucius cornelius liberalis et clemēs li v c i ¶ atq Cornelius in c et in g gaius et gneus et in p publius
lucius domicius ſeuerus li vi ca iii ¶ eque domicius Vide d et in g gneus
lucius emilius paulus religioſus li i c de ſimulata reli. ¶ lu
lucius emilius paulus omine feliciter pugnat li i ca (cius de ominibus ¶ Quid illud
lucius emilius paulus ſeuerus li ii ca ii ¶ nam poſterior.
lucius emilius paulus cōtinens li iiii c 3 ¶ at perſeo.
lucius emilius paulus clemens li v c i ¶ lucii
lucius emilius paulus moderatus li v c vi ¶ emilius
lucius emilius paulus perſeueranter petit li vii ca quinto ¶ nullus
lucius emilius paulus ſtupet de eclipſi lune li viii . ca xi ¶. ſulpicii ¶ Vide ſi eſt idē homo vel plures et i e emilius
lucius equitius falſus li ix c vii in prin. Equitius vide in E.
lucius flaccus cenſor ſeuerus li ii ca iiii ¶ marcus aūt Flauius in f fuluius
lucius flāminius cōdānatur li ii ca iiii ¶ ſicut
lucius furius bibaculus religioſus li i ca i ¶ obruitur
lucius furius philippus cenſor ſeuerus li ii c iiii ¶ turpis. Item furius in f et in p publius et in g gneus
lucius gelius moderatus erga filiū li v ca ix in prin.
lucius hortēſius ab actōe cogitur deſiſtere li vi c v ¶ ſūma.
lucius iulius īpius li ix ca xi ¶ cuius facti.
lucius lamia mortuus creditus loquitur li i ca vi. ¶. aliquid
lucius lētulus predicit mortē pompei li i ca vi. ¶ iā quod
lucius lētulus fortūa agitatur li vi ca vi. ¶ caſſiū.
lucius mailius torquatus pius erga patrē li v c iiii ¶ lucius.
lucius marcius honore dignus ſigno demōſtratur li i ca de.

uersi textus Vide in littera t titus manlius.
mausceolus rex carie honorifice sepelitur ab vxore li iiii. ca. vi ¶ gentis
mecoloio pro malo redditur bonum li iiii ca ii ¶ caninius
menelaus plorans depingitur li viii c xii ¶ Quid ille.
menogenes coquus assimulatur patri pōpei magni li ix ca. xv ¶ magno
messalla censor ludorum scenicorum crudelium inuentor. li ii ca i ¶ proximus Messala supra marcus messala
metellus pontifex maximus seuerus li i ca i ¶ metellus.
metellus religiosus li i c de auspiciis ¶ cū metellus ī additis
metellus in armis strennuus li ii ca ii ¶ eius
metellus honore dignus li ii c vltimo ¶ nam quid
metellus clemens li v ca i ¶ Quintus
metellus gratus li v ca ii ¶ metellus
metellus vindex impudicicie li vi ca i ¶ metellus
metellus felix et longeuus li vii c i in principio
metellus sapiens li vii ca ii ¶ Quinti
metellus astutus in bello li vii ca iiii ¶ memorabilis
metellus iudex iustus li vii ca vii ¶ vltimo
metellus curiātē heredē cōstituit li vii ca viii ¶ minus
metellus longeuus li viii ca xiiii ¶ cuius
metellus iracundus li ix c iii ¶ nam quintus
metellus multa patitur li ix ca vii in principio
metellus assimulatur cuidā histrioni li ix ca xv ¶ generosissimus
metelli isti et qui sequūtur quō differāt vide cometa
metellus egratus seuerus li vi c iii ¶ Egrati
metellus macedonicus modestus li iiii ca i ¶ acerrime
metellus numidicus iudex constans li iii ca viii ¶ metellus
metellus numidicus modestus li iiii ca i ¶ numidicus
metellus pius testis inualidus li viii ca iii ¶ age
metellus pius prodigus et luxuriosus li ix ca i ¶ quid enim
metia tribus manet indenis li ii ca iiii ¶ salinator

metius suffetius astutus ī bello li vii ca iiii ¶ omnibus
micerini populi apuleie crudeliter occidūtur li ix ca vi ¶ vl.
midas diues li i c de prodigiis ¶ mide
miliciades dux athenarū moritur li v c iiii ¶ bene
milo crotoniates ī fixura arboris occiditur. li ix. ca. xii. ¶
mina pompilius vel numa vide in . n. milo.
minie saluantur a morte per vxores li iiii ca vi ¶ vltimo
minos fictus religiosus li i ca de simulata reli. ¶ minos.
mirmillo lusor ludi gladiatorii li i c de sōniis ¶ propioribus
mitridates felix li iiii ca vi ¶ hipsicratea
mitridates gratus et liberalis li v. ca. ii ¶. mitridates
mitridates doctus li. viii. ca. vii. ¶. Quā porro.
mitridates crudelis et perfidus li. ix ca. ii . ¶. tā herde
mitridates alius īpius li ix. ca. xi. ¶. mitridates
molo rethor maximus li. ii. ca. i. ¶ quis ergo
mucius sceuola timidus. li. iii. ca ii. ¶ toge.
mucius sceuola manum vrit in igne li. iii. ca. iii. ¶ quid enī.
Item sceuola ī. s. sceuola et in. q. quītus sceuola
multor quidā mortē euadit astucia sua li. vii. c. 3. ¶ cū alexā
munacius flacus crudelis li ix. ca. ii. ¶. munacius der
municius magister equitū gratus li v ca ii. ¶ fabio
musca vide ī. s. sempronius musca
Nausimenis regis vxor muta efficitur li. i. ca vi. ¶. mi
nero claudius vide in C claudius serabilior.
numa pōpilius ficte eeligionis li. i. c. de simulata reli. ī prin
numantia destruitur li ii ca. ii ¶ publius et li iii ca. ii ¶ nu=
mantino ī exteris
numantini comedūt se inuicem tempore belli li vii ca vi ¶
numantini
numides sapientes li ii ca i ¶ vltimo
numius censor inutilis li vi ca iiii ¶ nichilo
numius occiditur li ix c vii ¶ populus
Erabares equissonus astutns li vii ca iii ¶ sordida

25b

Explicit ergo noua propriorum tabula lata.
Et si non tota/tamen est pars maxima nota.
Bituris genitus/parisiiꝙ est fonte potatus/
Hanc qui confecit/qui munera talia poscit/
Vt sit cum cristo/cui laus est carmine in isto.

¶ Amen

D intellectū tabule sciendū: q valerius aliquando in vno capitulo intendit vnam materiam. aliquādo duas. vnam: sicut in primo capitulo primi libri in quo solum de religione intendit. duas: vt in primo capitulo octaui libri in quo tractat tam de absolutis q de condemnatis intermiscendo eciam exempla. Vt igitur hunc ordinem in tabula perfectius valeam obseruare/ quando id quod assignabo tractat ipse per totum capitulum: addam per totum quando pro parte addam in parte. quando enim ponit solū vnū aut duo exempla ad aliam materiam reducibililia ego assignabo. ¶. cum principio textus secundi. et que vtiliora solum videntur interponam. Aduertendum eciam q aliquando sub diuersis capitulis ad potiorem vtilitatem diuersimode assignabo.

Tabula incipit.

 Finit tabula.

Presens Valerii maximi opus preclarissimum in nobilissima Parisius Anno domini M.CCCC.LxxV. Feliciter est impressum;



lier, booksellers of the University of Paris; accordingly, the title-page bears Pigouchet's device, and the reverse of the last page that of Vaultier and Gerlier. Pigouchet's cut shows a savage couple (perhaps Adam and Eve), standing on either side of a tree from which a shield is hanging, with the letters P P. In the booksellers' device two capering goats hold a shield. Pigouchet, who probably began printing in 1486, became especially famous through his beautiful Books of Hours, which rivaled those of Antoine Vérard. They, too, are richly ornamented with woodcut illustrations and border designs. Besides Books of Hours, Pigouchet also published many works of theology, Latin classics, and stories and fables in French.

Bought in August 1936.

AT THE *SOUFFLET VERT*

Nov. 1936

VALERIUS MAXIMUS. Facta et dicta memorabilia. 1475.

Hain 15778.

Printed with semi-roman type, in folio form, 24 lines to a page. It has 264 leaves; the size of a leaf is 263 × 195 mm., and the text measures 175 × 106 mm. Larger initials in red. Numerous marginal notes in manuscript.

THE *Book of Memorable Deeds and Sayings* by Valerius Maximus was a very popular Latin text-book in the Middle Ages, as it unquestionably was in antiquity. It was composed during the reign of Tiberius, probably between 28 and 32 A.D. The author, of whom very little is known, was a protégé of Sextus Pompeius, who befriended many artists of his time, Ovid among them. Pompeius was for some years Proconsul in Asia, where Valerius accompanied him. It is very unlikely that Valerius had any connection with the old family of the Valerii Maximi, which died out after the Punic Wars.

The *Deeds and Sayings* consists of several hundred anecdotes, taken mainly from Roman history — from the works of Livy, Cicero, Sallust, and a few less familiar writers. The foreign anecdotes are largely from Greek authors, especially Herodotus and Diodorus. The work is arranged in nine books and ninety-one chapters, without any particular regard for order, except that the foreign stories are always placed at the end of the chapter. The contents of the various books are not homogeneous; but, roughly speaking, the first book deals with religious rites and ceremonies; the second, with civil and military institutions; the third to sixth books, with moral subjects (such as natural inclinations, moderation, chastity, humanity and clemency); the seventh, with happiness; the eighth, with judgment; and the ninth, with luxury, avarice and other vices.

The chief virtue of these tales is that they are short, and therefore easily remembered. Otherwise, they are full of errors, and their Latin is generally very bad. Valerius Maximus wrote only two generations after the great writers of the Golden Age. Yet, as Erasmus remarked, he resembled Cicero no more than a mule resembled a man (". . . tam similis Ciceroni quam mulus homini"). Indeed, the language of the *Facta et dicta* is jammed with artificial constructions; the author seems to have taken pains to avoid simple expressions in favor of affected ones. Probably a rhetorician himself, he wrote for students of rhetoric. In the schools of the Middle Ages the book was used as a collection of moral

tales for the edification of youth. But, translated into the vernacular, it wa: widely read by adults also, as many existing manuscripts testify (one witl magnificent miniatures by the pupils of Jean Fouquet, in the British Museum). The early printing presses, too, published a large number of editions

The Library's copy of the work is exceedingly rare: it is one of the firsı books printed in Paris by the press of the first *native* French printers, established at the sign of the *Soufflet Vert* in the rue St. Jacques. Louis Symone of Bourges, Richard Blandin of Évreux, and several Parisian workmen wer the members of the firm, which began its activities in 1475, continuing for som ten years. The colophon of our volume gives only the date and the fact tha it was printed "in nobilissima Parisius," without mentioning the name of th press. However, at the end of the index of proper names — a most carefully prepared list, occupying twenty-seven leaves — there are six lines of vers which describe the printer as "Bituris genitus Parisiique est fonte potatus." ("Born at Bourges, he drank deep at the Parisian fountain.") This native of Bourges, according to Anatole Claudin's great *Histoire de l'Imprimerie en France*, was identical with Louis Symonel.

Until Claudin's painstaking and ingenious investigation, the volume, together with several other publications of the press at the *Soufflet Vert*, was attributed to the firm of César and Stoll, former German workmen at the first press in France (that of Kranz, Freyburger and Gehring), who also started their own press in the rue St. Jacques. There were, in fact, three presses — Gehring's at the *Soleil d'Or*, that of César and Stoll, and that of the native Frenchmen at the *Soufflet Vert* working in strenuous competition with one another in the same street. The *Soufflet Vert* was located beyond the Benedictine and Dominican convents, near that of the Jacobins. The confusion of its books with those issued by César and Stoll may be easily explained by the similarity of their types. Thus both Hain and Van Praet assigned the *Facta et dicta* to the latter press; but M. Claudin (Vol. I, pp. 131–134) has shown the differences between most of the capitals as well as the minuscules of the two presses.

The Library's copy is in splendid condition. The margins, although somewhat cut, are very wide; and the impression throughout is clear. The Library has, in addition, several 16th- and 17th-century editions of the work: one, printed at Leyden in 1532, was a gift by Oliver Wendell Holmes, and has on the title-page the signatures of Ezra Stiles and A. Holmes (Abiel Holmes, the father of the Autocrat); other copies belong to the Prince Collection, with a number of signatures scribbled on the fly-leaves — the names of a succession of Harvard students who handed them down from one to another.

Bought in March 1936.

I

Valerii maximi Romane vrbis Iuriſperitiſſimi . In librū factorum et dictorum memorabilium ad Tiberium Ceſarē Prefatio feliciter incipit.

Urbis Rome exterarumq; gentiū facta ſimul ac dicta memoratu digna / que apud alios latius diffuſa ſūt / vt quā breuiter cognoſci poſſint ! ab illuſtribus electa auctoribus / deligere conſtitui. vt documenta ſumere volentibus ! longe inquiſitionis labor abſit. Nec michi cuncta complectendi cupido inceſſit. Quis enim omnis eui geſta modico voluminum numero comprehenderit? Aut quis compos mētis ! domeſtice peregrineq; hiſtorie ſeriem felici ſuperiori ſtilo conditam ! vel attentiore cura ! vel preſtantiori facūdia ! traditurum ſe ſperauerit? Te igitur huic cepto penes quē hominum deorūq; conſenſus / maris ac terre regimē eſſe voluit certiſſima ſalus patrie Ceſar ! inuoco. Cuius celeſti prouidētia ! virtutes de quibus dicturus ſum benigniſſime fouentur. vicia ſeueriſſime vindicantur. Nam ſi priſci oratores ab Ioue optīo maximo / bene orſi ſunt ! ſi excellentiſſimi vates a numine aliquo prīcipia traxerūt ! mea paruitas / eo iuſtius ad fauorem tuum decurrerit ! quo cetera diuinitas opinione colligitur ! tua preſenti fide paterno auitoq; ſideri / par videtur. Quorum eximio fulgore ! multū cerimoniis noſtris inclite

A Page from the "Facta et Dicta" of Valerius Maximus.
Printed in Paris in 1475
Facsimile in Original Size



